dutus fuerat. dicens ſuꝑfluum eſſe in cilicio mũ=
dicias querere· Cunqꝫ latrones de nocte ad eum
venirent· inter mare & paludem a veſpere vſqꝫ
mane diſcurrentes· nũꝙ locũ cubiculi eiꝰ inueni=
re potuerũt· porro clara luce repto puero quaſi ꝑ
iocũ dixerẽt· Quid faceres ſi venirẽt ad te latrones·
Qui ait· nudus latrones non timet· Et illi· Certe
aiũt occidi poſſes· poſſem inquit poſſem· & ideo
latrones nõ timeo· qꝛ mori paratus ſum· Tũc illi
admirati ꝯſtantiã eiꝰ & fidem· confeſſi ſũt noctis

erroꝛē·correctioꝛeꝫ vitā deinceps pollicentes·

¶ ·XX· ¶ ·De quibuſdam eius miraculis·

HCcidit autē ut ad eū quidā obſeſſus ad
duceretꝰ·cuiꝰ manus ceruix & latera &
pedes ferꝛo onerata erant·furoꝛiſqꝫ ſe-
uiciam oculi corui minabantꝰ·Cūqꝫ deambularet
ſanctus cū fratribꝰ·& de ſcripturis neſcio qđ in
terpꝛetaretꝰ·erupit ille de manibuſ ſe tenentiū·&
amplexans eū poſt tergū in ſublime eleuauit·cla-
moꝛqꝫ eſt oꝛtus ab omnibꝰ ne ꝯfecta ieiunijs mē-
bꝛa collideret·Et ſanctꝰ ſubꝛidens ait·Sinite &
meū michi paleſtriteꝫ dimittite·& reflexa ſup hu-
meros manu caput eius tetigit·appꝛehēſoqꝫ crine
ante pedes eius adduxit·manus eiuſ ſtringēs·&
plantas pede calcans ſimulqꝫ ingeminās·toꝛque-
re demonuꝫ turba cepit·Dn̄e inquit hieſu·ſolue
captiuū & vnū & plures vincere tuuꝫ eſt·Cura-
tus itaqꝫ·& ita poſt paucos dies rediȷt cū vxoꝛe
& liberis ad monaſteriuꝫ·plurima quaſi gratiam
redditurus dona afferens·Cui ſanctus·Nōne le-
giſtis quid giezi·quid ſimō paſſi ſunt·quoꝝ alter
obtulit preciū·alter accepit.ut hic quideꝫ vende-
ret gratiā ſpūſſancti·ille vero mercaretꝰ·ille vero
flens ait·Accipe & da paupibꝰ·Cui ſanctꝰ·Ego
qui mea reliqui·cur aliena repetam·multis nomē
paupeꝝ occaſio eſt auaricie·Miſericoꝛdia artem
nō habet·Nemo meliꝰ erogat·ꝙ qui nichil ſibi re-
ſeruat·Dicebat hilarion dyabolū tanto hoīm ar-
dere odio·ut nō ſolū ipos·ſed etiā ſua ut iumēta
& pecoꝛa cupiat interire·Cuiꝰ ſignū eſt·qꝛ anteꝙ
beatū iob temptare pmitteretꝰ·omnē ſubſtantiaꝫ
eius interfecerat·Deteſtabatꝰ autē pcipue mona-
chos qui infidelitate quadā ſua in futuꝝ reſerua-
rent·Vnde frater quidā auarus in vicino manens
detulit fratribꝰ ciceris faſcē virentis ſicut in her-
bis erat·que cū ad veſperā poneretꝰ in menſa·ex-
clamauit ſenex ſe fetoꝛem eius nō poſſe ferꝛe·In-
terꝛogauitqꝫ vnde eſſet·& reſpondit yſichius·ꝙ
frater quidaꝫ pꝛimitias agelli ſui detuliſſet·Non
ſentis inquit fetoꝛem eius teterꝛimuꝫ·& in cicere
fetere auariciā·mitte bobus & vide an ꝯmederit
Qđ cū in pſepe poſuiſſet·exterꝛiti boues & plus
ſolito mugientes ruptis vinculis fugierūt·Habe-
bat eīn hanc gratiā·ut ex odoꝛe coꝛpoꝝ & eoꝝ q̄
quiſqꝫ tetigiſſet·ſciret·cui demoni uel vicio ſub-
iaceret· ¶ ·XXI· ¶ ·De fuga eiꝰ & peregri-
natione eius·

IGitur ·lxiij·vite ſue anno cernens grāde
monaſteriū·& multitudinem fratruꝫ ſe-
cuꝫ habitantiū·turbaſqꝫ eoꝝ qui varijs
languoꝛibꝰ & immūdis ſpiritibus occupatos ad
ſe deducebantꝰ·ita ut omni genere hoīm ſolitudo
p circuitū repleretꝰ·flebat quottidie & incredibi-
li deſiderio ꝯuerſatōis antique recoꝛdabatꝰ·Inter-
rogatus a fratribuſ quid haberet·& cur ſe affice-
ret·aiebat·Rurſuꝫ ad ſeculū rediȷt·& mercedem
meā in vita mea recipio·Homines paleſtine & vi-
cine ꝓuincie eſtimant me alicuiꝰ eſſe momenti·&
ego ſub ptextu monaſterij ac diſpenſatōe fratruꝫ
vilem ſupellectilem habeo·Seruabatꝰ ergo a fratri-
bus.maximeqꝫ ab yſichio·qui eiꝰ veneratōi miro
amoꝛe deditꝰ erat·Cūqꝫ ita lugens bienniū duxiſ-
ſet·mulier quedā veniens ad eū·volens & ad an-
thoniū pgere·Cui ille flens ait·vellem ipe quoqꝫ
ire ſi nō huiꝰ monaſterij carcere tenerer·& ſi eun-
di fructus eſſet·biduū eīn hodie eſt ꝙ totus mū-
dus tali parente oꝛbatus eſt·Credidit illa & ſub-
ſtitit·& poſt paucos dies veniēte nūcio·anthonij
doꝛmitationeꝫ audiuit·Cōcurꝛebāt hinc epi·inde
clerici·monachi·& om̄e genꝰ hoīm ut benedictuꝫ
ab eo panē acciperent uel oleū·At ille nihil aliud
niſi ſolitudinē meditabatꝰ·intm̄ ut q̄daꝫ die addu-
cto aſello (nimijs qppe ieiunijs exeſus vix igredi
poterat) iter arꝛipere conaretꝰ·Qđ cū pcrebuiſſꝫ
quaſi paleſtine vaſtitas interdiceretꝰ pluſꝙ decem
milia hoīm diuerſi ſexus & etatis ꝯgregata ſunt
ad eū retinendū·Ille immobilis ad pces·& bacil-
lo harenā diſcutiens.loquebatꝰ fallacē deū meū nō
facio·nec poſſum videre ſubuerſas eccleſias.calca-
ta xp̄i altaria filioꝝ ſanguinē meoꝝ·Tūc om̄s qui
aderāt intelligebāt reuelatū ei eſſe quiddā ſecreti
qđ nollet ꝯfiteri·& nichilominꝰ cuſtodiebāt euꝫ
ne recederet·Decreuit ergo publica voce cōte-
ſtans·nō ſe cibi uel potus quicꝙ ſumere niſi di-
mitteretꝰ·Et poſt·vij·dies inedie tandē relaxatꝰ
cū īfinito agmine ꝓſequentiū·venit vetuliū·vbi
ſuaſis turbis ut reuerterentꝰ elegit·xl·monachos
qui haberent viaticū·& poſſent ieiunantes īgre-
di·& poſt ſolis occaſum cibū ſumere·Pergenſqꝫ
ad caſtrū thonbaſton·zaconaū ep̄m qui ibi exula-
bat viſitauit·Quo incredibiliter tāti viri pſentia
ꝯſolato·bibilonē pꝛexit·& ut philonē ep̄m inuiſe-
ret·Conſtantius eīn rex arꝛianoꝛuꝫ hereſi fauens
vtrūqꝫ in ea loca depoꝛtauerat·Deinde habitacu-
lo ſancti anthonij viſitato·reuerſus a froditon
duobꝰ tantū ſecū retentis fratribꝰ in vicina here-
mo moꝛatus eſt·tanta abſtinētia & ſilentio·ut tūc
pꝛimū ſe cepiſſe xp̄o ſeruire diceret·Poꝛro iā tri-
enniū erat·ꝙ clauſum celū illas terꝛas arefecerat.
ut vulgo dicerent anthonij moꝛtē etiā elementa lu-
gere·Nec latuit fama viri·Accole quos illiꝰ locū
certatimqꝫ viri & mulieres·oꝛa luridi & attenuat
fame·pluuiam a ſeruo xp̄i·id eſt·ſucceſſoꝛe antho-
nij depcabantꝰ·Quos ille cernens mire doluit·ele-
uatiſqꝫ ad celū oculis ac palmis·ſtatimqꝫ qđ ro-
gauerat impetrauit·Ac regio illa poſtꝙ pluuijs
irꝛigata eſt·tantū ſerpentiū ac venenatoꝝ aīaliū
multitudinē ex impꝛouiſo ebulliuit·ut innumera-
biles pcuſſi niſi ad ſanctū virū ſtatim cucurꝛiſſēt
interirent·benedicto itaqꝫ oleo vniuerſi agricole
& paſtoꝛes tangentes vulnera·certā ſalutem pre-
ſumebant·Videns ergo ſe etiā miris honoꝛibꝰ af-
fici·de loco illo receſſit· ¶ ·Actoꝛ·Hec de beati
anthonij ac diſcipuloꝝ eiꝰ geſtis & dictis ad pre-
ſens ſufficiāt·Nūc ad ſeriē hiſtoꝛie reuertamur·

¶ ·XXII· ¶ ·De victoꝛino affro·& euſe-
bio emiſſeno· ¶ Hieronimus de illuſtribꝰ viris·

VIctoꝛinus afer rome ſub cōſtantio prin-
cipe rethoꝛicā docuit·& in extrema ſene-
ctute xp̄i ſe tradēs fidei·Scripſit aduer-
ſum arꝛium libꝛos moꝛe dyaletico valde obſcuroſ.
qui niſi ab eruditis nō intelligūtꝰ·Et ꝯmentarioſ
in apoſtolum·Fuerat aūt & alius victoꝛinꝰ pata-
bionenſis ep̄us·qui nō eque latinaꝫ ut grecam lin-
guam nouerat·Vnde opa eius grandia ſenſibus
vilioꝛa videntꝰ ꝯpoſitōe verboꝝ·Sūt aūt hij ꝯmē-
tarii·in geneſim·in exodū·in leuiticū·in yſaiaꝫ·in
ezechiam·in abacuc·in eccleſiaſten·in canticūcan-
ticoꝝ·in apocalipſim iohānis·aduerſum om̄es he-
reſes·& multa alia·Ad extremū martirio coꝛona-
tus eſt·Euſebius quoqꝫ emiſſenus ep̄us·elegātis
ingenii & rethoꝛici īnumerabiles.& qui ad plau-
ſum populi ptineant cōfecit libꝛos·magiſqꝫ hiſto-
riā ſecutꝰ·ab his q̄ declamare volūt ſtudioſiſſime

legit̄·E quib⁹ uel p̄cipui ſūt aduerſus iudeos &
gentes.& nouacianos.& ad gallathas libri ·x· &
euāgelii omelie breues·ſed plurime· Floruit tem
porib⁹ ꝯſtantij imperatoris ſub quo mortu⁹·an
thiochie ſepultus eſt· ¶ ·XXIII·
¶ De ſancto hilario pictauenſi·

Floruit etiā hoc tp̄e beat⁹ hilari⁹ picta=
uenſis ep̄s·Hic quidā burgenſis· antea
pictanenſis fuit·vxorē habens & filiaꝫ·
quā poſtea virginem ꝯſeruauit·Fuit aūt ſemper
optim⁹ xp̄ianus.& in ſacra ſcriptura ſapientiſſi=
mus· Vnde cuꝫ vidiſſent pictauenſes ꝙ ip̄e tota
virtute omnes hereticos expugnabat· eū in ep̄m
omnes pariter elegerūt·Qui ſtatim ex ardore fi=
dei·nō ſolū terram ſuā·ſed etiā totaꝫ franciam ab
hereticis defendens·Suggeſtione ep̄oꝝ duoꝝ he
reticoꝝ ab imperatore qui & ipſe hereticus erat
exiliatus eſt·q̄ꝛ ſapientiā eius ſuſtinere non pote
rant·Quarto aūt anno exilij eius· iuſſit impera=
tor ut omnes ep̄i cōuenirent· & de veritate fidei
diſputarent·Reuerſuſq̄ꝫ ſauctus hilarius· petijt
ab imperatore ſibi dare licentiā loquendi· ſed illi
duo ep̄i nō ſuſtinentes fecundiā eius· obtinuerūt
ab imperatore ꝙ redire pictauī ꝯpelleret·Rede=
unte ergo pictauī·obuiauit quedaꝫ mulier flens
filiū ſuū ſine baptiſmo defunctuꝫ·cui⁹ p̄cibus &
lacrimis motus ſanctus hilarius eum ſuſcitauit·
Quodā tp̄e arriana hereſi per orbeꝫ furente·etiā
leo papa ut fert̄ h ac peſte depꝛauatus·fecit oīm
ep̄oꝝ ꝯciliū ꝯuocari·Venit & ſanctus hilari⁹·ꝗ=
uis tardius·armis tamen fidei munit⁹·Cūq̄ꝫ nū=
ciatū eſſet eum adeſſe p̄ foribus·papa veluti ſero
venienti·ſed magis catholico indignatus·mādа=
uit ſinodo·ut nullus ei aſſurgeret coep̄oꝝ· aut lo
cum ꝯceſſionis ei ānueret· Preſentatus ergo vir
dei ꝯcilio·reſidentes cū reuerentia ſalutauit·Cui
papa quaſi quē ignoraret inſultans·ſic reſpondiſ
ſe fert̄·Tu ergo es hilarius gallus·At ille nō ſum
hilarius gallus·ſed de gallia·ac ſi diceret·nō ſum
natione gallus·ſed de gallia preſul· Erat em̄ gen
te aquitanicus·pontificali aūt dignitate p̄emine=
bat gallis· Papa aūt animi ſtomachatōe ꝓmotus
ait· Et ſi tu hilarius de gallia· ego leo romane ſe=
dis apoſtolicus iudex· Tūc hilarius eius ꝑtinaceꝫ
ꝯtrouerſiā intelligens·reſpondit ei· ꝙ ſi leo.ſꝫ nō
de tribu iuda·& ſi iudicans reſides· ſed nō in ſe=
de maieſtatis·Mox ille ſpreta ſede·īmo ſedis dig
nitate·ſurrexit·multūq̄ꝫ p̄ſagum antiſtitē minanſ
exiuit dicens· Vide q̄ꝛ te reuertens ab his tumi=
dis ſermocinatōib⁹ humiliatū reſtituam·Et ſi in=
quit hilarius nō redieris·Tūc vir ſanct⁹ terre ſe
inſidere parās·dixiſſe ſupplex fert̄· Domini ē ter=
ra & plenitudo eius·Ad quā vocē ſtatim ip̄a tel
lus erūpens ſurſū excreuit·eiq̄ꝫ in medio reſiden
tiū ep̄oꝝ ſeſſū nec humiliorē p̄buit·Q̄ꝺ vniuerſ
& maxime catholicis ſtupentib⁹·deūq̄ꝫ ꝓ ſancti
merito collaudantib⁹·clamor attollit̄ apoſtolicū
repentino defeciſſe interitu·Sicq̄ꝫ ſinodus diſiun
git̄·& ep̄i om̄s cū reuerentia & laudib⁹ beati hi=
larij ad ꝓpria erroris capite ꝯtrito reuertuut̄·
¶ Actor·Miraculum hoc nō videt̄ habere ꝯſo=
nantiā cū veritate hiſtorie· Nulla em̄ hiſtoria di=
cit hoc tp̄e aliquē leonem apoſtolice ſedi p̄fuiſſe
Sed forte poſſet dici·ꝙ liberi⁹ qui ꝯſtantio & ce
teris fauebat hereticis ipſe alio noīe vocatus eſt
leo·Hūc em̄ ex ſupradictis ꝯſtat tp̄e hilarii in pa
patu ſediſſe·uel forſitan circa illud tempus· fuit
aliquis antipapa leo vocatus· ¶ ·XXIIII·
¶ De ſcriptis eiuſdem hilarii· ¶ Hieronimus
in cronicis·

Anno igit̄ ꝯſtantii·xix·hilarius pictauen
ſis ep̄us· factione ſaturnini arelatenſis
ep̄i·reliquorūq̄ꝫ qui cū eo erant arriano
rum· ante trienniuꝫ in phrigiam pulſus·libros de
noſtra religione ꝯpoſuit· ¶ Idem in libro de illu
ſtribus viris Aduerſus arrianos·xii·libros ꝯfecit
Et aliū librū de ſinodis·quē ad galliaꝝ ep̄os ſcri
pſit·& pſalmoꝝ ꝯmentarios·primum & ſcd̄m· in
quo op̄e imitatus origenem·nōnulla etiaꝫ de ſuo
addidit·Eſt eius & ad ꝯſtantiū libellus quē viuē
ti ꝯſtantinopolim porrexerat·Et ali⁹ in ꝯſtantiū
quē poſt mortem eius ſcripſit· Et liber aduerſus
valentē & vrſaciuꝫ·hiſtoriā arūninenſis & ſeleu=
cienſis ſinodi ꝯtinens· Et ad p̄fectuꝫ ſaluſtiū ſiue
contra dioſcoꝝ·& liber hymnoꝝ & miſteriorum
alius·Et ꝯmentarii in matheū·& tractatus in iob
quos de greco origenis ad ſenſum tranſtulit·Et
alius elegans libellus ꝯtra anxentiuꝫ· Et nōnulle
ad diuerſos epiſtole·Aiūt quidā ſcripſiſſe eum in
canticūcanticoꝝ·ſed a nobis hoc opus ignoratur.
mortuuſq̄ꝫ eſt pictauis· valentiano & valente re
gnantibus· ¶ ·XXV· ¶ De morte cōſtan
tij & ſucceſſione iuliani· ¶ Ex tripartita hiſtoria
libro quinto·

Interea vero ꝯſtantius veniens mopſo
crenis ·nimia ꝯtagione apoplexie paſſio
ne defunctus eſt·Cui ſucceſſit iulianus
ꝯſtantij filius· ¶ Hugo vbi ſupra·Nam ꝯſtanti⁹
qui bizantiū ſuo noīe ꝯſtantinopolim appellauit·
duos habuit ex eodem patre·ſed nō ex eadeꝫ ma
tre germanos.ſcꝫ dalmachiū et ꝯſtantiū·qui ꝯſtan
tius habuit duos filios·gallū & iulianū·Quoruꝫ
gallus modico tp̄e ſub ꝯſtantio auguſto ut dictū
eſt ceſar fuit· Iulianus vero primo quidem ſcolis
vacauit·ſed poſtmodū a ꝯſtantio auguſto gallia=
rum ceſar ꝯſtitutus fuit·qui etiā ſororem ſuā con
ſtantiam ei matrimonio iūxit· Ceſar itaq̄ꝫ factus
iulianus gallos mira celeritate vicit apud rhenū
& militibus ſuis gratus ab eis appellabat̄ augu=
ſtus· Quo noīe tumens iulianus ſpreto ꝯſtantio
ytaliam hiliricūq̄ꝫ ꝑuaſit·Q̄ꝺ audiens ꝯſtanti⁹ in
vrbe regia poſitus inſtructōne belli ꝑthici dereli
cta·ꝯtra illum venit·Sed in itinere defūctus eſt.
anno vite ſue·xlv°· Eo quoq̄ꝫ defuncto iulianus
ꝯſtantinopolim veniens factus eſt imperator·
Itaq̄ꝫ ꝯſtantus qui catholicos ꝑſecutus fuerat·
totum tp̄s imperij ſui ꝑtulit inquietum·
¶ ·XXVI· ¶ De imperio iuliani apoſta
te & eius pueritia· ¶ Hieronim⁹ in cronicis·

Igit̄ romanoꝝ·xxxvj·imperauit iulian⁹
Anno dn̄i·ccc·lxiiij·mundi vero quarti
milleſimo·ccc·xxvij· Imperauit aūt āno
vno & menſibus·viii°· ¶ Actor·Alibi tamē āno
tantur in regno eius anni tres.illis·viii°· menſib⁹
ꝓ anno ꝯputatis·vnde hic videt̄ fuiſſe viciū ſcri
ptoris·Deniq̄ꝫ beda in libro de temporibus dicit
eum regnaſſe ānis duob⁹ & menſib⁹·viii°· ¶ Ex
tripartita hiſtoria libro·vi·Hic iulianus olim di
ſcēs apd̄ ꝯſtantinopolim cū eſſet adoleſcēs ·peda
gogum habebat mardoniū.grāmaticū niclodem·
rethoreꝫ euboliū vero ſophiſtam tūc xp̄ianū Erat
quoq̄ꝫ iulian⁹ ab initio xp̄ianus·Cūq̄ꝫ in locutōe
ꝓficeret·fama ꝑ populuꝫ volitabat·q̄ꝛ romanam
etiā rempublicā gubernare poſſet· Q̄ꝺ cū latius

audiret̄· eſtuationes inouxit imperatori ꝯſtantio·
q̄obrem abſtulit eū ab vrbe roma· & miſit nicho
mediam· ꝓhibens ne cū libanio ſophiſta ꝯueniret
qui ibi morabat̄ paganus exiſtens· Iulianus ergo
libaniū audire nō audens· libris tantū eius vte-
bat̄· Tūc venit ad eū maximus ph̄us epheſius fa
ma eius ꝓtractus· quē poſtea valentinianꝰ quaſi
magū iuſſit occidi· Cuiꝰ religionē cepit iulianus
imitari· cū eius verba quaſi ph̄ophica ꝑguſtaſſet
Is etiā imperij cupidinem animo eiꝰ immiſcuerat
Cūqꝫ hec nō laterent aures imperatoris īter ſpē
metūqꝫ ꝯſtitutus· ſuſpitionem celari volens· qui
dudum integer fuit xp̄ianus· poſtea ꝓditor eſt ef
fectus· Tonſus monachicā ſimulabat vitā· & la-
tenter quidē exercebat̄ in ph̄ia· In manifeſto aūt
ſacros xp̄ianoꝝ legebat libros· Deniqꝫ in eccleſia
nichomedie lector eſt ꝯſtitutꝰ· & ſub hoc habitu
furorem declinauit imperatoris· Hoc equidē pre
timore faciebat· nequaꝙ̄ a ſpe recedens quā mēte
ꝯceperat· Dicebat aūt amicis ſuis felicia fore tp̄a
cū fieret imperator· Deinde factus ſuſpectus im
peratori diffugit· Quē celatū inueniens euſebia
vxor imperatoris· vix ꝑſuaſit imperatori ut nō oc
ciderer̄· ſed ad philoſophandū mitteret̄ athenas·
Quo veniens· querens vbiqꝫ vates· inuenit vnū
qui ei apparere fecit ſolēniter demones· Quos vi
dens iulianus ſignauit ſe· & ſtatim demones dif
fugerūt· Magus aūt culpauit eū qꝛ ſe ſignauerat
Cūqꝫ ille laudauerat virtutem crucis· ait magus
Ne putes o bone vir· qꝛ timuerūt ſignū hoc· ſed
potius abhominati receſſerūt· ſicqꝫ capiens miſe-
rum repleuit eum odio ſignaculi xp̄iani· Et voca
tus poſtea ab athenis· ꝯſtitutus eſt ceſar a ꝯſtātio
accepta ꝯiuge ꝯſtantia ſorore eius· & directꝰ eſt
in gallias ꝯtra barbaros· Ingreſſus ergo in aliquā
ciuitatem corona laurea quibus ſolent ornari ciui
tates inter colūnas pendens· rupto fune decidit
ſup caput eius· & eum aptiſſime coronauit· vicit
ergo regem barbaroꝝ· & auguſtus appellatꝰ eſt·
Cūqꝫ deeſſet corona imperialis. vnus ſigna portā
tium· torquem quem habebat in collo· capiti eius
circūpoſuit·

## ¶ ·XXVII· ¶ · De moribus eius· ¶ ·Vbi ſupra·

Volens aūt iulianus placere omnibꝰ· ca
tholicos quos ꝯſtantius exiliauerat re-
uocauit· Et paganis dedit licentiā ydo-
lis imolandi· expulit a palatio eunuchos. tonſores.
& cocos· Eunuchos· qꝛ vxor eius obierat· poſtꝙ̄
nō duxit aliā· Tonſores· qꝛ vnus ſufficit multis·
Cocos· qꝛ ſimplicibꝰ vtebat̄ cibis· Solus impera
tor a iulio ceſare in curia ſenatus recitauit ora-
tiones· ph̄os vndecūqꝫ ꝯgregabat· In oratōe quā
ſcripſit de ceſaribꝰ· cūctos ante ſe principes lace
rauit· Et hac motus arrogantia ꝯtra xp̄ianos ſcri
pſit in tercio libro ꝯtra xp̄ianos cū multa diſpen-
ſationis humane in xp̄o collegiſſet exempla dixit·
Hoꝝ igit̄ ſingula ſi nō habent aliquā ineffabilem
ꝯtemplationē· maxima de deo blaſphemia ſūt pla
ne· ¶ Gregorius nazanzenus in libro ꝯtra paga-
nos· Michi eñ mores iuliani ꝯperti ſunt· dū eum
clarius athenis ꝯgnouiſſe· faciebat me cautū in cō
ſtantia moꝝ· & exceſſus crebrior· vates eñ egre
gius eſt q̄ bene cōſiderat· nullū ſignū michi in eo
vniūſale videbat̄· ceruix rigida & īflexibil̄· hume
ri iactabiles. ocl̄i currētes huc illuc directi furio
ſe reſpicientes· pedes impatientes· nares ſpiran-
tes iniurias & ꝯtemptus· ſcemata riſibilia· & hoc
ip̄m ſꝑ habentia· riſus incontinens· & quaſi ſub-
bulliens· ꝯſenſus & negatio ſimul· operatio nulla
ratione ꝯſiſtens· interrogatio inordinata· reſpon-
ſio nulla ꝯgruentia ſibi ꝯueniens· hoc cū vidiſſem
repente dixi· O quale malū nutrit reſpublica ro-
manoꝝ· ¶ Ex tripartita hiſtoria· Habebat barbā
ꝓlixam tanꝙ̄ ph̄us· de qua anthiocheni ſic eū de-
ridebant· Tondeat̄ eiꝰ barba ut ad funes ꝓficiat
Et quoniā ſupſtitionis cauſa thauꝝ frequentius
ydolis imolabat· aurā & thauꝝ ſuo ſolido forma
ri p̄cepit· Dicebant ergo anthiocheni· Iſte thau-
rus ꝯuertit mundū· qui reciprocis iniurijs ſe vin
dicans· librū edidit aduerſus anthiochenos ſatis
lepidū & vrbanū· quē anthiochiciū nominauit·

## ¶ ·XXVIII· ¶ · De ſupſtitione illius. et ſeuicia in xp̄ianos· ¶ ·Vbi ſupra·

Quibuſdam aūt ſacrificijs & inuocationi
bus atqꝫ imolatione ſanguinū noſtꝝ ba-
ptiſma ſtudebat ablui. & eccleſiaſtice cō
feſſioni abrenūciari· fontes aque dafneos apd̄ an-
thiochiā ſacrificijs violauit· ut aquā bibentes eiꝰ
horrore potirent̄· Cūqꝫ etiā in publico venales ci
bos illo ſcelere ꝯtaminaſſet· ſpargebant̄ ex eis pa-
nes. & carnes. & poma. & olera· xp̄iani hoc vidē-
tes ingemiſcebant· Verūtamen iuxta p̄ceptū apo
ſtoli comedebant· omnia inquit q̄ in macello ven
dunt̄ comedite ꝛc̄· Iulianus quidē vultu mitē ſe
ſimulabat· porro laqueos quibꝰ innocentes deci-
peret inſtruebat· In publicis ymaginibꝰ iouē. mer
curium. & martem depingebat· Sicqꝫ latent̄ ſub-
ditos adorare deos faciebat· Paganos quoqꝫ fa
ciebat xp̄ianoꝝ officijs aſſueſcere· Et de hm̄oi ſcri
pſit arſacio pontifici galacie· monens ut ſacerdoſ
ad ſpectacula nō ꝓcedat· in tabernis non bibat·
rebus turpibꝰ nō interſit· xenodochia ꝑ ſinguloſ
ꝯſtituant ciuitates· ad qd̄ opꝰ ſingulis ānis iuſſit
ei dari· xxx· milia modios frumenti & ·lx̄· milia vi
ni ſextarios· Hoꝝ inquit quinta pars pauperibꝰ
templū obſeruantibꝰ debet expendi· Reliqua pe
regrinis indigentibuſqꝫ diſtribui· & ad hm̄oi col
lationes faciendas eſſe· & primitias frugū dijs of
ferendas· Qd̄ inquā omerus ꝓbat introducens
eumeniū talia facientem· Chriſtianis eū adeūtibꝰ
ꝙ nimis grauarent̄ tributis & exactionibꝰ. reſpō
dit· Veſtrū eſt ut patienter mala ſuſtineatis· hoc
eñ eſt p̄ceptū dei veſtri· In ceſarea philippi ſalua
toris ymaginem de muliere liberata a fluxu ſan
guinis ꝑ tactū fimbrie eius ereā depoſuit· ꝓ qua
ſuam ſtatuā ibi collocauit· Que igne de celo ca
dente circa pectus eius diuiſa eſt· & caput cum
ceruice vna ꝑte deiectū· reliqua ꝑs hactenus re
ſtitit· & fulminis indiciū reſeruauit· Eo aliquādo
ſacrificante· oſtenſum eſt ei in viſceribꝰ pecudis
ſignū crucis corona circūdatū· Qd̄ alijs interpre
tantibꝰ ſup crucifixi victoria· Ipſe reſpondit cru-
cifixum potius coartari· nec ei reliqui ſpaciū dila-
tandi· Placere volens iudeis ſicut & gentilibus·
p̄cepit eis ut templū ſuū reedificarent· Quibꝰ in
opere nichil ꝓficientibus. cū quidq̄d die facerent
nocte caderet. cū multorū periculo. & cū tribus
diebꝰ iam hoc factū eſſet· quarta die apparuit in
celo ſignū crucis ſplendidū· & iudeoꝝ veſteſ cru
cis ſignaculo ſunt implete· Eo ſacrificante apud
fortunā ꝯſtantinopoli maris· ep̄us calcedonenſis
ſenectute cecatus· qui manu alterius regebat̄ cū
apte appellauit apoſtatam· Cui dicente iuliano·
neqꝫ galileus deus tuus curare te pōt· reſpondit·

Deo gratias ꝙ te nõ video pietate nudatũ· Cle-
ricis noſtris om̃ia priuilegia et honores ſubtraxit
& leges ꝓ eis ſoluit·ipoſq; curie tradidit· A vgi-
nib⁹ & viduis q̃ ab eccleſijs paſcebãt· iuſſit exigi
ea que dudũ a publico accepiſſe videbant· Aufe-
rebat & ornamẽta eccleſiarũ·templa nr̃a deſtrue-
bat· & pecunias ad eoꝝ edificationes pri⁹ datas
iteꝝ exigebat· Ceſarienſib⁹ apud paleſtinã nimiſ
infeſtus erat·quia etiã eo regnante ſacellũ fortu-
ne qđ ſolũ remanſerat euerterat· & ideo poſſeſſio-
nes & pecunias eccleſiaꝝ illoꝝ·cũ verberib⁹ ex-
quirens·trecẽtas auri libras collegit ex eis· Om̃s
aũt clericos inter milites aggregari iuſſit prouin-
cie ſeruituros· ¶·XXIX· ¶· De lucife-
ro hereſiarcha· ¶· Hieronimus in cronicis·

EO tempore georgio ꝑ ſeditionẽ populi
incenſo·qui in locũ athanaſij fuerat or-
dinatus· Athanaſius alexandriã reuer-
tit· Euſebius quoq; vercellenſis· & lucifer calari-
tanus de exilio regrediunt· ¶ Rufinus·x·libro·
Lucifer aũt cũ exoraret ab euſebio·q² vterq; in
ꝑtibus vicinis egipto fuerat relegatus· ut ad vi-
dendũ athanaſiũ alexandriã ꝑgerẽt· ꝯmuniq; tra-
ctatu cũ his qui ſupfuerãt ſacerdotib⁹ de ſtatu
eccleſie decernerent· p̃ſenciã ſui abnegans· legatũ
ꝓ ſe diaconũ ſuũ mittit·atq; ipe intẽto animo an-
thiochiã ꝑgit & paulinũ epm ꝯſtituit· ꝓprijs diſ-
ſidentib⁹ adhuc ꝑtibus·ſed in vnũ reuocari poſ-
ſe ſperantib⁹ ſi ſibi talis eligeret epus erga quẽ
nõ vna plebs ſed vtraq; gauderet· Pergit euſe-
bius interea alexandriã· Ibiq; ꝯfeſſoꝝ ꝯcilio ꝯgre-
gato pauci numero·ſed fide integri & meritis mul-
ti decernũt ut orientis ꝓcuratio athanaſio· occi-
dẽtis euſebio ꝯmittat· Ibi & de ſpiritu ſancto ad-
dit plenior diſputatõ·ut eiuſdẽ ſubſtantie & dei-
tatis cui⁹ pater & filius etiã ipe ſpũſſanctus cre-
deret·nec quicꝙ prorſus in trinitate·aut creatuꝫ·
aut inferius poſteriuſ ue diceret· Sed & de diffe-
rentia ſubſtantiaꝝ ac ſubſiſtentiaꝝ ſermo eis per
ſcripturaꝫ motus eſt·qđ greci vſias & apoſtaſes
vocant· Subſtantia nãq; ipam rei alicui⁹ naturaꝫ
rationemq; qua ꝯſtat ſignificat·ſubſiſtentia vero
vniuſcuiuſq; perſone hocipm ꝙ extat & ſubſiſtit
oſtendit· Et ideo ꝓpter hereſim ſabellij tres eſſe
ſubſiſtentias ꝯfitendas· De incarnatõe quoq; dñi
in illo ꝯcilio ꝯp̃henſum eſt· ꝙ corpus qđ ſuſcepit
dñs·neq; ſine ſenſu·neq; ſine anima ſuſceptuꝫ ſit·
Euſebius aũt cũ rediſſet anthiochiã· & inueniſſꝫ
ibi a lucifero ordinatũ epm ꝯtra pollicitationem
ſuam·pudore ſimul & indignatione ꝯpulſus ab-
ſceſſit·neutri parti ꝯmunionẽ ſuã relaxans·q² di-
grediens inde ꝓmiſerat ſe acturuꝫ in ꝯcilio·ut is
ei ordinaret epus·a quo ꝑs neutra deſiſteret· In-
terim lucifer iniuriam dolens· ꝙ epm a ſe ordina-
tũ euſebius nõ recepiſſet·nec ipe recipere cogitat
alexandrini decreta ꝯcilij· ſed ꝯſtringebat legati
ſui vinculo·qui i ꝯcilio ipius auctoritate ſubſcri-
pſerat· Elegitq; ut legato ſuo recepto erga cete-
ros ſententiã ſuã diſparem·ſed ſibi placitã cuſto-
diret·ita regreſſus ad ſardinie partes·ſiue q² cita
morte p̃uentus·tp̃us ſententie mutande non ha-
buit·etem̃ temere cepta corrigi ſpacio ſolẽt· ſiue
hoc animo immobiliter tenens obijt· Veꝝ ex ipo
interim luciferianoꝝ ſciſma ſũpſit exordiũ· Euſe-
bius vero circũiens orientem atq; ytaliam medici
pariter & ſacerdotes fungebatur officio·ſingulas
quaſq; eccleſias abiurata infidelitate·ad ſanitatẽ
recte fidei reuocabat·maxime ꝙ hilarium iam de
exilio regreſſum & in ytaliam poſituꝫ· hec eadem
erga inſtaurandas eccleſias·fidẽq; patrũ recupe-
randã reppꝑit molientẽ·niſi ꝙ hilari⁹ vir natura
leuis & placidus·ſimulq; eruditus·& ad ꝑſuadẽ-
dum ꝯmodiſſimus rem diligentius et aptius ꝓcu-
rabat· Qui etiã libros de fide nobilit ſcriptos edi-
dit· Quib⁹ & hereticoꝝ verſutias·& noſtroꝝ de-
ceptiones & male credulã ſimplicitatem diligen-
ter expoſuit· Ita duo iſti viri velut magnifica q̃-
dam mundi lumina·yliricum·ytaliã·galliaſq; ſuo
ſplendore radiarũt· vt omnes etiam de abſcondi-
tis angulis & obſtrictis hereticoꝝ tenebre fuga-
rentur· ¶·XXX· ¶· De impijs legib⁹ iu-
liani & de ꝑſecutione athanaſij· ¶ Vbi ſup·

SEd iulian⁹ poſtꝙ ad orienteꝫ ꝑſas bello
pulſaturus aduenit· & publica quã p̃uſ
occultauerat erga ydoloꝝ culturã ferri
cepit iſania·callidior ceteris ꝑſecutor·nõ vi neq;
tormentis·ſed premijs·honorib⁹·blandicijs·ꝑſua-
ſionibus·maiorem pene populi ꝑtem·ꝙ ſi atroci-
ter pulſaſſet eliſit· ¶· Tripartita hiſtoria· Tunc
etiã ꝯtra pietatem leges poſuit· Et primũ quideꝫ
galileoꝝ filijs·ſic em̃ cultores xp̃i nominabat·poe-
tarum & rethoꝝ ac philoſophorũ legere diſcipli-
nas iterdixit· ꝓprijs em̃ inqt penis ſcđm ꝓuerbiũ
vulneramur· Naꝫ ex noſtris armati ꝯſcriptionib⁹
ꝯtra nos bella ſuſcipiũt· Aliã quoq; legeꝫ poſuit
galileos p̃cipiens militijs expelli· ¶· Hieronim⁹
in cronicis· Proherefius aũt ſophiſta athenienſis
lege data ne xp̃iani liberaliũ artiũ doctores eſſẽt·
cũ ſibi ſpecialiter iulianus ꝯcederet ut xp̃ian⁹ do-
ceret·ſponte ſcolã dimiſit· ¶ Rufinus vbi ſupra
Itaq; iulianus ludos literaruꝫ illis ſolis qui deos
deaſq; venerarent patere decreuit· Militie cingu-
lum nõ dari niſi imolantibus iubet·ꝓcurationem
ꝓuinciarũ iuriſq; dicendi xp̃ianis ſtatuit non de-
bere ꝯmitti·vtpote quib⁹ etiam lex ꝓpria gladio
vti vetuiſſet· Et ꝓficiebat quottidie in hm̃oi legi-
bus exquirendis· Quibus & ſi quid verſutũ vel
callidũ·tamen ꝙ minus videret crudele diſcerne-
ret· Sed nõ erga athanaſiũ ficte p̃hie tenere yma-
ginem potuit· Etem̃ cuꝫ velut tetri ſerpentes de
cauernis terre ebullientes ad euꝫ ꝓceſſiſſent·ma-
goꝝ p̃hoꝝ aruſpicum augurũq; manuſ ꝓphana
omnes pariter allegant·nichil ſuis artib⁹ ſucceſ-
ſurum niſi prius athanaſiuꝫ velut hoꝝ omniũ ob-
ſtaculũ ſuſtuliſſent· Iteꝝ mittit exercitus· iteruꝫ
duces·iteꝝ oppugnat eccleſia· Cunq; cũ meſti &
flentes populi circunſtarent· ꝓphetico apud eos
vſus ſermone ꝓhibet· Nolite inquit o filij pertur-
bari·q² nubecula eſt & cito ꝑtranſit· Cũq; diſceſ-
ſiſſet· & naui ꝑ niluꝫ fluuiuꝫ iter ageret·comes q̃
ad hocipm miſſus fuerat·cognito eius itinere· in-
ſtanter eum inſequi cepit·& cũ forte applicuiſſet
athanaſij nauicula ad quendã locum·ꝯperit a p̃te-
reuntib⁹ poſt tergũ eſſe ꝑcuſſoreꝫ ſuũ·& iãiamq;
vbi ꝓſpiceret imminere·ꝯterriti om̃es qui ſimul ad-
erant ſocii·heremũ ſuadebant ad fuge p̃ſidiuꝫ pe-
tendã· Tũ ille· Nolite iquit o filii deterreri· eam⁹
magis in occurſum percuſſori noſtro·ut ſciant q²
longe maior eſt qui nos defendit·ꝙ qui nos perſe-
quit· & ꝯuerſa nauicula·iter agere obuius ei qui
ſe inſectabat aggreſſus eſt·ille qui nullo genere
ſuſpicari poſſet in occurſum ſibi venire queꝫ que-
reret·tanꝙ p̃tereũtes aliquos interrogari iubet
vbi audiſſent eſſe athanaſiũ· Cũq; reſpondiſſent

ſe vidiſſe eũ nõ longe euntez tota celeritate ꝑtrã
ſiens· ꝓperat inuanũ· feſtinans capere quem ante
oculos videre nõ potuit· Ille vero dei ṽtute etiã
munitus alexandriam rediJt· ibiqꝫ tuto latebras
vſqꝫquo ꝑſecutio ceſſaret exegit. ¶ ·XXXI·

¶ De ſepulcro babille martiris & theodori ſup=
plicijs· ¶ Vbi ſupra·

Edit & aliud iulianꝰ vecordie ſue ac le
uitatis indicium· Nam cũ dafnis in ſub=
urbano anthiochie iuxta fontẽ caſtalliũ
libaret appollini· & nulla ex his que q̃rebat reſpon
ſa ſuſciperet· cauſaſqꝫ ſilentij ꝑcunctaretᷣ a ſacer=
dotibꝰ demonis· aiũt babille martiris ſepulcrum
ꝓpe aſſiſtere· & ideo reſponſa nõ reddi· Tũ ille
venire galileos· hoc eñ nomine noſtros appellare
ſolitus erat· & auferre ſepulcrum martiris iubet·
Igitᷣ ecleſia vniuerſa ɔueniens mulieres & viri·
iuueneſqꝫ & virgines· immenſa exultatione ſuc=
cincti· trahebant longo agmine archam martiris
pſallentes ſũmis clamoribꝰ & cũ exultationibus
dicentes· Cõfundantᷣ omnes qui adorant ſculpti
lia· & qui gloriantᷣ in ſimulacris ſuis· Hec in auri=
bus ꝓphani principis ꝑ ſexmilia paſſuũ· tanta ex=
ultatione pſallebat omnis ecleſia· ut celũ clamo=
ribus reſultaret· Vnde ille in tantã iracundie ra=
biem deductus eſt· ut altera die ɔphendere xpia
nos paſſim & trudi iuberet in carcerem· ac penis
& cruciatibꝰ affici· Qḋ ſaluſtius p̃fectus eiuſ nõ
ꝓbans· licet eſſet gentilis· tamen iuſſus exequitᷣ·
Et dephenſum vnũ quendã adoleſcentẽ· qui ꝑus
occurrit theodoꝝ noĩe· a ꝑma luce vſqꝫ ad horaꝫ
decimã tanta crudelitate· & tot mutatis carnifici
bus torſit· ut nulla etas ſimile factuꝫ meminerit·
Cũ tamen ille in eculeo ſublimis· & hincinde la=
teribus inſtante tortore· nichil aliud faceret· niſi
vultu ſecuro & leto pſalmũ quẽ pridie omnis ec=
cleſia cecinerat iteraret· Cũqꝫ ſe omĩ expenſa cru=
delitate· ſaluſtius nichil egiſſe ꝑſpiceret· recepto
in carcerẽ iuuenem abiſſe ferẽ ad imperatoreꝫ· &
quid egerit nũciaſſe ac monuiſſe· nẽ tale aliq̃d tẽ=
ptare decetero vellet· Alioquin & illis gloriaꝫ· &
ſibi ignominiam quereret· Hũc theodoꝝ ipi poſt
modũ apud anthiochiã vidimus· Et cũ require=
remus ab eo· ſi ſenſum doloris habuiſſet ex inte=
gro· dicebat· dolores ſe quidẽ paꝝ ſenſiſſe· aſtitiſ=
ſe aũt quendaꝫ iuuenem· qui ſudanti ſibi lintheo
cãdidiſſimo ſudores abſtergeret· & aquã frigidaꝫ
frequentᷣ infũderet· & ita ſeſe delectatũ· ut tunc
meſtior factus ſit quãdo deponi de eculeo iuſſus
eſt· ¶ Triptita hiſtoria· Cũ ergo iulianus ut di=
ctum eſt peteret reſponſa apud pithũ dafneũ de
ꝑthici belli victoria· demõ accuſare cepit vicini=
tatem corporis babille martiris q̃ſtatim iuſſit au
ferri· Quo facto· fulmen celitus miſſum omne tẽ=
plum incendit· ipm̃ appollinis ſimulacrũ aureum
& deauratũ redegit in puluerẽ· ¶ ·XXXII·

¶ De malis factis ſub iuliano & reliquijs ba=
ptiſte· ¶ Vbi ſupra·

Vbentᷣ ergo vaſa eccleſiarum ſacra· fiſci
erario deputari· Iulianus aũt auũculus
huiꝰ iuliani· cũ pallia deo dicata anthio
chie in vnũ collegiſſet· ꝓijciens ea in terra· ɔtume
lioſe etiã ſupꝑ ea ſedit· moxqꝫ verenda eius & loca
femoribꝰ circũpoſita· tanta putredine ꝑcuſſa ſũt·
ut vermes crearent· qua paſſione vſqꝫ ad morteꝫ
nõ caruit· Heliopolite aũt qꝛ ſꝫm ſuas antiquas le
ges· virgines eoꝝ nõ fornicabantᷣ anteq̃ nuberẽt
virgines ſacras ĩſolitas populo videri nudas ſta
re in theatro cogebant· Quas primũ illudentes·
poſtea totunderunt· nouiſſime per mediũ ſectas
porcos ut eas comederent ꝓuocabant· In aſcolo
na & gaza· pagani diuidentes vteros virginũ· &
ordeo cumulantes porcis apponebant· In ſebaſtia
iohãnis baptiſte ſepulcrum aperuerũt· oſſa igni
tradiderunt· puluerem diſperſerunt· ¶ Beda de
temporibꝰ· Sed dei ꝓuidentia affuerũt quidam
de hieroſolimis monachi mixti colligentibꝰ quiqꝫ
ad patrem ſuũ philippũ que auferre poterãt ꝑtu=
lere· Ille vero ducẽs ſupꝑ ſe tantũ theſauꝝ ꝓprijs
ſeruare vigilijs· ad maximũ tunc pontificem atha
naſium ꝑ iulianũ dyaconuꝫ ſuuꝫ miſit· que ille ſu=
ſcepta paucis arbitris ſub cauato ſacrarij pariete
incluſa ꝓphetico ſpiritu ꝓfutura· generationi po
ſtere ɔſeruauit· cuiꝰ p̃ſagium ſub theodoſio prin
cipe ꝑ theophilũ eiuſdem vrbis epm̃ ɔpletum eſt
Qui deſtructo ſerapidis templo· ſancti iohãnis
ibidem cõſecrauit eccleſiam· ¶ Theodoricus· In
heliopoli ciuitate phenicis pagani ſecantes ven=
trem ſirilli dyaconi etiã ex eius iecore comederũt
Quo ſcelere quicũqꝫ ꝑticipati ſũt· caruerũt den=
tibus· & elingues facti ſũt· qꝛ lingue eorũ putre
facte defluxerũt· viſum etiã ꝑdiderũt· In emiſſa
ciuitate ꝓpe p̃fatam heliopolim eccleſiaꝫ nuꝑ deo
ɔſecratam dyoniſio guinũdi· id eſt· muliebri dica
runt· ſimulacrũ illic ſtatuentes androgeũ· ¶ So
zomenus· Interea dũ gazei hilarionẽ monachũ q̃re
rent· fugit in ciciliam vbi ligna de montibus colli
gens· & in ciuitate vendens tranſigebat vitam·
Cũqꝫ eius virtus ibi patefacta fuiſſet ꝑ demoneſ
venit in dalmacias· vbi etiã mare qḋ quedaꝫ loca
occupauerat orando repulit· Nouiſſime vero duꝫ
nauigaret in ciprũ· inuitatꝰ ab epõ paphi dilexit
locum· & circa prediũ caribdim appellatã ꝓbatus
eſt· ¶ Theodoricus· Apud anthiochiam ſublate
ſunt ianue maioris eccleſie· Ingredientibus ergo
iuliano p̃fecto orientis· & quondã xpianus felice
p̃poſito theſauroꝝ regaliũ· & helpidio comite re
rum priuataꝝ· iulianus p̃fectus ɔtra ſacrũ altare
mixit· Felix aũt videns vaſa p̃cioſiſſima que ɔſtã=
tinus & ɔſtantius frequentᷣ obtulerãt· Ecce inq̃t
in quibꝰ vaſis marie filio miniſtratur· Nec multo
poſt iulianus viſceribus putrefactis interijt· ſter
cora emittẽs nõ inferius ſed ſuperius· Quẽ vehe
mentᷣ increpabat vxor ſua xpianiſſima· Rogabat
ergo imperatorẽ· ut eccleſia quibꝰ fuerat ſublata
redderetᷣ· Sed nõ flectens imperatoreꝫ mortuus
eſt· Felix autẽ fundẽs ſanguinem ex ore die ac no
cte· veniſqꝫ corporis vndiqꝫ vacuatis· celeriter ẽ
extinctus· Valentinianꝰ etiã tũc millenarius· po
ſtea imperator· ꝑcuſſit vnũ de miſtris templi for
tune pugno· qui aſꝑgendo quaſi purgabãt ingre
dientes in templũ· Cũ vidiſſet aque guttã in pal=
lio ſuo dicens ſe illa purgatõe inquinatũ· ob quã
rem ſtatim miſſus eſt in exiliũ· ¶ ·XXXIII·

¶ De paſſione ſancti gallicani· ¶ Ex geſtis eiꝰ·

Vb hoc iuliano paſſus eſt ſanctus galli
canus· qui olim magiſter militie ɔſtantini
ab eodeꝫ valde dilectus· filiam eius con
ſtantiã ſibi poſcebat vxorẽ· Tũc cõſtantinus val
de ɔtriſtatus eſt· videns eum paganuꝫ & filiã ſuã
virginitatis habere ꝓpoſitũ· Tũc ait cõſtantia pa
tri ſuo ne de deo diffideret· Sed ſi gallicanꝰ ꝓpe=
raret ɔtra ſcitas ad ꝑliũ qḋ vrgebat· ſecurus ei ſe
redeunti victori de prelio ſponſã daret· Iohãnes

quoqꝫ & paulus primicerij cōſtantie cū gallicano ꝑrexerūt ad bellum· & due filie gallicani artica & archemia cū cōſtantia remāſerūt· Gallicanꝰ itaqꝫ victor rediit· & ab omnibꝰ gratanter acceptus· ad eccleſiam apoſtolorū redditurus gratias ꝓperauit· Qd̓ videns ꝯſtantinus obſtupuit· & querēti cur hoc feciſſet· gallicanꝰ reſpondit· Cuꝫ eſſem in prelio· & deficientibꝰ noſtris quid agerē ignorarem· paulꝰ & iohānes dixerūt michi· ꝙ victoriam obtinerem ſi votū facerem deo celi· Qd̓ ſtatim ut feci· apparuit michi quidā iuuenis & ferēs crucem in humero dixit michi· ſume gladiū tuum & ſequere me· Tūc affuerūt michi duo armati milites· qui me vtroqꝫ latere ꝯfirmātes duxerūt per medios hoſtes ad regem ipoꝝ· Quē cum duobus filijs eius vinctos ab eis accepi· & nullū prorſus occidi. nec feci. nec iuſſi· Me vero xp̄ianuꝫ deuoui. & etiā a coniugio abſtinere ꝓpoſui. Gaudētibꝰ ergo cūctis· due filie eius iam ꝑ cōſtantiā ꝯuerſe· cum ipa in virginitate ꝑmanſerūt· Ipē vero inde receedens ad vrbem oſtienſem · monaſteriū edificauit & ibi peregrinis & pauperibꝰ manu ꝓpria miniſtrauit· Rogatus vero ut ibi eſſet ep̄us· noluit· ſꝫ ipē qui ordinaret elegit· Tantaqꝫ ibi miracula faciebat· ꝙ ex ſolo viſu de obſeſſis corporibꝰ demoīa effugabat· Habebat aūt q̈ttuor caſas in quibus ſuſtentacula pauperꝝ reponebat· quas deꝰ ita cuſtodiebat· ꝙ quicūqꝫ malicioſe. uel cauſa tollendi aliquid intrabat· ſtatim aut demoniacꝰ. aut leproſus fiebat· Tūc interrogata demoīa reſpondebāt ꝙ niſi gallicanꝰ ſacrificaret. morbus iſte oīs reddituū exactores inuaderet· Sꝫ qꝛ tantū virū nullus de hoc ꝯuenire audebat· mandauit ei iulianus imperator· ut aut inde diſcederet aut ydolis īmolaret· Qui ſtatiꝫ relictiſ omnibꝰ alexandriā petijt. & ibi ſanctis ꝑ annū ꝯtinuū iūctꝰ fuit· Inde etiā receſſit in heremū· vbi cū ſacrificare cōtemneret· decollatus migrauit ad dn̄m· hilarinꝰ aūt q̇ quondam gallicanū in oſtienſi vrbe ſuſceperat· cuꝫ cogeret a ꝑſecutoribꝰ fidei xp̄iane ſacrificaē nollet fuſtibꝰ ceſus martiriū ſūpſit· Cuiꝰ corpus venerabiliter xp̄iani ſepelierūt· Huiꝰ paſſio in oſtia celebraē· xvij· kl̓· auguſti·

## ¶ ·XXXIIII·

## ¶ Paſſio ſāctī iohānis & pauli· ¶ Ex geſtis eoꝝ

IVlianus aūt imperator audiens ꝙ iohānes & paulus· de rebꝰ ſuis pauperes ſuſtentarent· mādauit eis· ꝙ ſicut ꝯſtantino· ita ſibi adherere deberent· At illi dixerūt· Dū glorioſi imperatores ꝯſtantinꝰ & filij eiꝰ ꝯſtans & ꝯſtantius ſe eſſe ſeruos xp̄i gloriabantur· nos xp̄iani famulabamur eis· Tibi vero qꝛ religionē plenā virtutibꝰ reliquiſti· obedire ꝯtemnimuſ· & a te nos omnino ſubtraximꝰ· quibꝰ ille remandauit· Ego clericatū in eccleſia tenui· & ſi voluiſſem ad primū gradū eccleſie ꝑueniſſem· Sꝫ cōſiderans vanū eſſe inertiam ſectari & ociū· militie animuꝫ tradidi· & dijs ſacrificans· ita egi ut ad imperiuꝫ ꝑuenirem· Vnde vos regia aula nutriti· nō debetis deeſſe a latere meo· ut ꝑ̇mos vos habeā in palatio meo· Qꝫ ſi me ꝯtemnitis· agā ut non ꝯtemni debeam· At illi reſponderūt· Deū tibi ꝓponētes· nō timemus poᷓere amiciciā hominis mortalis· ne inimicicias incurramꝰ eterni dei· Ad hoc iulianꝰ Si intra· x· dies vltro ad me venire ꝯtempſeritis. coacti poſt hoc facietis· qd̓ ſponte facere nō curatis· Qui dixerūt. hodie ꝑfice qd̓ poſt· x· dies facturus es· Iulianꝰ dixit· Putatis ꝙ vos martires faciant ſibi xp̄iani· Si qd̓ dico nō feceritis· puniā vos nō ut martires· ſed ut publicos hoſtes· Cum ergo ꝑ· x· dies omnia pauperibuꝰ erogaſſent· die vndecima hora cene venit ad eos terencianus· & cū ſacrificare nollent· fecit foueā in domo illorū· & ibi decollatos abſcondit· diuulgans ꝙ iuſſu ceſaris in exiliū miſſi eſſent· Statim iulianꝰ in bello ꝑſarꝝ occiſus ē· Cui cū iouinianꝰ ſucceſſiſſet· apte ſūt eccleſie· & cepit religio xp̄iana gaudere· Demones aūt ex obſeſſis corporibꝰ intra domū ſanctoꝝ eijciebanē· ꝯfitentes paſſionē eoꝝ. ita ut & filius terrenciani in domo illa clamaret· ꝙ a ſanctis martiribꝰ vreret· Qd̓ videns terencianꝰ ad fidem ꝯuerſus eſt· & filius eius a demone mūdatus eſt· Refert aūt beatus greġ· in omel̓· euāgelij Si quis vult poſt me venire· qd̓ quedā matrona valde religioſa ad eccleſiā hoꝝ martiꝝ crebro veniebat· Quadā die cū ex more ad orandū veniſſet. egrediens duos peregrinos inuenit· & eis elemoſinam dari iuſſit· Sed priuſꝙ eius diſpenſator eis ad largiendū elemoſinam appropinquaſſet· Aſtiterūt ei vicinius & dixerūt· Tu modo nos viſitas: nos te in die iudicij requiremꝰ· & quidqͩ poterimus preſtabimꝰ tibi· & hoc dicto diſparuerūt·

## ¶ ·XXXV· ¶ De ſancto donato arethino epiſcopo· ¶ Ex geſtis eius·

SVb eodē imperatore paſſus eſt ſanctꝰ donatus arethinus ep̄us· Qui quondaꝫ rome clericus· in titulo paſtoris nutritꝰ a pigmenio preſbitero eruditus eſt omni mundana ſapientia cū iuliano imꝑatore· diuina doctrina manſuetus & humilis lector· Poſtꝙ autē iulianus imperiuꝫ ſūpſit· patrem & matreꝫ donati gladio iuſſit occidi· Donatꝰ vero fugit in opiduꝫ arethinū· & ſuſcepit eū quidā hilarinus noīe monachus cū gaudio· & cepit cū eo habitare oībꝰ diebꝰ· Diuqꝫ dn̄o in abſtinentia ſeruiuit· multiqꝫ egrotantes ad eos veniebant· & eoꝝ orationibuſ ſalui redibant· Erat ibi ep̄us ciuitatis ſatirus nomine· qui ſanctū donatū dyaconem ꝯſecrauit· Et poſtmodū etiā eidem benedictionē ꝑ̄sbiterij ꝯtulit· In illis diebus erat vir quidaꝫ noīe euſtaſius correptor tuſcie & exactor fiſci· & dum ageret municipalia ſuꝑuenit bellum qd̓ exagitabat ꝓuinciam· Vxor vero eius nomine eufroſina· dū vidiſſet hoſtem ꝑ̄uenire & ꝯmoueri. tulit pecuniā publicam & abſcondit eā· & in hac tribulatōne ꝑ̄uenta eſt morte Reuerſus aūt vir eius iam tp̄e pacis inuenit vxorem ſuā eufroſinam mortuaꝫ· & cepit pecuniā fiſci querere· & cum nō inueniret· ꝯpellebaē a principibꝰ ut traderet ad ſupplicia cū filijs ſuis· Qua cauſa venerūt ad ſanctū donatū ꝑ̄sbiterū qui dixit ad euſtaſiuꝫ· oſtende michi ſepulturam vxoris tue· Et dū veniſſet ad locū euſtaſius· miſit ſe donatus in faciem ſuā ſuꝑ ſepulcri locuꝫ orans dn̄m omnipotentē· et voce clara dixit· Eufroſina per ſpiritū ſanctū te adiuro ut dicas quid feciſti· aut vbi poſuiſti pecuniā· pro qua vir tuꝰ torqueē· Et facta eſt vox de ſepulcro dicens· In ingreſſu domus mee eam fodi· Eadē hora acceſſerūt ad locum vbi dixerat et foderūt· et inuenerūt pecuniā cū gaudio· et liberatus eſt a calūnia euſtaſius· et ceperūt omnes gaudere in oratione et fiducia beati donati· Poſt obitum beati ſatiri· donatus in ep̄m electus eſt· et licet renitens promotus· Cum autē quadā die miſſam celebraſſet· et dyaconus ſanguinē dn̄i populo traderet· Ideꝫ

dyaconus a paganis impulſus cecidit·et calicem ſāctuʒ fregit·Vn̄ ipſe valde cū populo triſtis fuit. ſed ci⁹ triſticiā ſcūs donatus ilico releuauit·Naʒ fragmēta calicis ſuſcepit·& facta oratōe ī formā p̄ſtinā reſtaurauit·Quo ſigno ꝑcuſſi pagani fere lxxx·baptizati ſūt· Poſt hoc q̄dracian⁹ auguſtal' ipſm cū hilarino ſibi p̄ſentari fecit·& vt dijs imolarent p̄cepit·Cui donat⁹ ait·Sacrificēt dijs tuis miſeri·qui nō credūt xp̄m filiū dei· Tūc iratus q̄dracianus·iuſſit ut os eius cū lapidibus tūderet̄· Qui cū diu cederet̄· in ꝯſpectu hilarini ſup̄dicti monachi donatus ep̄us dixit·Ego ſemꝑ hoc optaui·Deinde iuſſit hilarinuʒ expoliari·& extendi in pauimento & fuſtibus cedi· Qui cū cederet̄ emiſit ſpirituʒ·Hoc videns quadracian⁹ ꝯfuſus eſt· & iuſſit donatū ep̄m in cuſtodia retrudi·

¶·XXXVI· ¶·De quibuſdam eius miraculis & tranſitu·

EOdem tēpore ceperūt ad eū multi xp̄iani venire egrotantes· ut a languoribus ſuis curarent̄·quos xp̄i nomīe inuocato curabat·Inter hec nāq; erat poſſeſſio ſub territorio ciuitatis curie·ſecus quā erat tranſitus publicus·in ipſo erat fons aque tam noxius·ut ſi quis ex eo biberet.ſtatī moreret̄·qd̄ audiens homo dei donatus· a vinculis quadraciani iam abſolutus· ꝯuocatis ad ſe clericis·accepto ſancto euangelio & cruce·vectus aſino.intrepidus ꝓceſſit ad locū aque·Vnde exiens draco immanis cū ingenti impetu in occurſum eius venit·caudaq; pedes īuoluit aſinuli·Reliquoq; ſe contra donatū erexit voluie·quē donatus facta oratione ad dn̄m·vno feriens verbere flagelli extinxit·Tunc ꝯuenit ꝑplus in vnū·& ſtruem lignoꝝ ingentē ꝯpoſitam ſuper īmenſaʒ beſtiā ſub accēſo igne flama ꝯſūpſit·Verꝝ nimio labore defectus populus cepit ſitis ardore fatigari·& tamen nō audebant adhuc ſuſpecti fōtis poculuʒ appetere·Approximās aūt fonti homo dei donatus·facta oratione.orariū ſuū plicans in circulo in terraʒ poſuit·Ipſeq; ad turbas rediens puero ſuo dixit·Accipe ſitulam & vade ad locuʒ vbi vidiſti me ſtare orantem & hauriens affer aq̄· Quo facto.gratias agens dn̄o· benedicēs bibit· & omnib⁹ circūſtantib⁹ dedit·Eo tp̄e filia theodoſij potentiſſimi pagani a demonio vexabat̄·qui donatū ꝑ legatos ad ſe vocatū letus ſuſcepit·Introeūte aūt ſancto.demon exclamauit· parce donate quid me ꝑſequeris·Cui ille· Exi immūde ſpirit⁹ ab illa·At ille· Da michi inquit tranſitū,quomodo exiam.aut quo vadam·Video em̄ ſignum crucis in te.ex qua ignis ꝯtra me exit·Cui ſanct⁹ Ecce habes tranſitū·vade ad locū tuū· id eſt·ad heremū vnde veniſti·nichilq; noceas homini·Exeunte aūt demone·ꝯmota eſt tota dom⁹.& ianue ꝯcuſſe ſūt·Interea mortuus quidam efferebat̄·& homo quidā habens in manu cirographū tenebat funus dicens debere ſibi ab ipſo ſolidos·cc· & nō ꝑmittebat ſepelire euʒ· Eratq; in circuitu turbe fremitus multus·Quidā autē viri eminus agnoſcentes eū·ꝯſiliū dederūt vxori illi⁹ defuncti dicentes·Curre interpella iſtū hominē dei·Que ꝓcidens ad pedes eius· ait.fac in me miſericordiam q2 vidua ſum·& geminis circūdata ſū malis·Virū ꝑdidi·& ſepelire mortuum nō ꝑmittor·Dixit aūt vir meus q2 ꝯpleuit illi ipſaʒ pecuniā·& remāſit eius cirographus apud eū·Tūc iungens ſe homo dei ad feretrū.& defūcti manū tangens·eūq; vocās dixit·Surge & vide quid agas cū hoīe iſto qui nō ꝑmittit te ſepeliri·Qui reſidens ꝯſutauit eū de ꝯpleto debito·& accipiens cirographū ſuū ſedens in feretro ſcidit illud·Aſpiciens aūt ī hominem dei dixit ei· Iube ergo me dormire iterū· Dixit ei ſanctus donatus·vade fili in requiē· Tāta deniq; ſiccitas obtinuit terraʒ·ut viriditas arboꝝ & herbaꝝ omnino deſolaret̄·& popul⁹ fame cruciaret̄· Exiens igit̄ homo dei extra ciuitatem· orauit dn̄m ihēſū xp̄m·& ſtatī venit nebula aquoſa·& effuſi ſunt celitus tanti imbres· ut regiones inundarent·Cui⁹ facti gaudio popul⁹ recreat⁹ eſt·Cūq; ſanctus dei leuib⁹ eſſet veſtib⁹ indutuſ ita ſiccis veſtimentis rediijt· ut ſuꝑ eum nec veſtigiū pluuie haberet̄·Audiens itaq; q̄dracian⁹ quāta mirabilia xp̄us ꝑ eum oſtendiſſet·iterum miſit eum in cuſtodia·nec multo poſt fecit eum capite trūcari·Cui⁹ corpus a fidelib⁹ ſepultū eſt iuxta ſepulcruʒ ſancti hilarini ꝓpe muros ciuitatis arethine·vbi ꝑ eos dn̄s multas virtutes operat⁹ eſt ad laudeʒ ſui nominis·

¶·XXXVII·

¶·De paſſione ſancti gordiani & epimachi·

¶·Ex geſtis eorum·

CVm aūt iulian⁹ ꝑſequeret̄ xp̄ianos· gordian⁹ eius vicarius p̄cepto eius ſanctū ianuariū preſbiteꝝ volebat ꝯpellere ad ſacrificandū·ſed tandē ꝑ p̄dicationē ipſi⁹ ianuarij ꝯuerſus· ꝑrexit flens ad vxorem ſuā nomine marinā·& ſimul corā ſancto ianuario ꝓſtrati baptiſmū petebant·Ad hoc ſanctus ianuarius reſpōdit·Videte ſi bene creditis· & ne quid in abſconditis teneatis·Marina reſpondit· vnā ymaginem iouis habem⁹ repoſitam qua dei martires torq̄bant̄·& ſic ducens eū in thalamū ſuū oſtendit ei ſimulacrum·Qd̄ ſanctus ianuari⁹ apprehendens igne ꝯflauit·& in cloacam ꝓiecit.& ſic baptizauit gordianū cū vxore.& cū alijs·liij·Poſt dies·xiiij· iuſſit iulian⁹ imperator clementiano ut videret ſi ianuarius ydolis ꝯſenſiſſet·qd̄ ſi nō feciſſet.ceſ⁹ fuſtibus interiret·Videns ergo clementian⁹ etiā gordianū ꝑ eum ꝯuerſuʒ·cucurrit hec nūciare iuliano·Qui iratus iuſſit ianuariū exilio ꝯdemnari Gordianū vero a clementiano loco eius ſubſtituto ad ſacrificandū ꝯpelli·aut nolentem ꝓtin⁹ decollari·Decollatus ergo cuʒ quinq; diebus ad canes ꝓiectus fuiſſet·& nullus eū tangere p̄ſūpſiſſet·a familia ſua nocte raptus eſt· Et cum beato epimacho quē idem iulian⁹ duduʒ occidi iuſſerat ſepultus eſt·

¶·XXXVIII· ¶·De ceteris martiribus eiuſdem temporis· ¶·Actor·

PAſſi ſunt autē et plures alij ſub iuliano quoꝝ geſta non reperi· ſed ex martirilogio hec pauca collegi·Pridie nonas ianuarij rome celebrat̄ paſſio ſanctoꝝ priſci p̄ſbiteri et priſciliani clerici· ac benedicte religioſe· qui ſub tp̄e iuliani imperatoris gladio martiriū cōpleuerūt· Nono kl'·apzil'· rome paſſio ſancti pigmenij preſbiteri·Hic iulianū apoſtatam a puero nutriuit·et ſacris literis erudiuit· a quo ipſe poſtea in tyberī ꝓ fide xp̄i necatus eſt ·Item·xj·kl'·iulij rome demetrie v̄ginis· Que cū ante impiuʒ iulianum ꝓ fide xp̄i introduceret̄·in ꝯfeſſione dn̄i emiſit ſpiritū· Item·ix·kl'·iulij·ſancti iohānis p̄ſbiteri quē impius iulian⁹ inauditū via ſalaria veteri ante ſimulacrum ſolis decollari p̄cepit ·Item·x· kl'·nouēbris apud anthiochiaʒ ſirie natale ſancti theodorici preſbiteri·qui ꝑſecutōne iuliani impij

poſt eculei penā· et multos duriſſimos cruciatus
etiā lampadibꝰ circa latera appoſitis inflamatus·
cuȝ in ꝯfeſſione xp̄i pſiſteret. occiſione gladij mar
tirium ꝯſūmauit· Iteȝ quarto noñ· decembris ro
me paſſio ſancte niniane martiris· Que iubente
imperatore ſacrilego· tādiu plūbatis ceſa eſt· do
nec ſpiritū redderet· ¶ ·XXXIX· ¶· De
via iuliani in perſidem· ¶ In vitaſpatrū·

IVlianus apoſtata pficiſcens in pſidem·
miſit demonē in occidentē ut adduceret
ei inde aliqđ reſponſū· Qui demon veni
ens vbi quidaȝ monachus habitabat· nō poterat
trāſire· ſed ſtetit ibi p ·x· dies· qꝛ tādiu ille mona-
chus nō ceſſauit orans die ac nocte· Qui reuerſꝰ
ad iulianū ſine effectu. nūciauit ei quomō publiꝰ
monachus nō pmiſerat eū tranſire· Iratus ille ait
Cū reuerſus fuero faciā in eum vindictā· Et nō
multo poſt extinctus eſt. Mox vnꝰ ex pfectis eiꝰ
venditis omnibꝰ que habebat· iuit ad illū ſenem·
& factus eſt monachus magnꝰ· ¶· Socrates· In
anthiochia erat quidā optimꝰ adoleſcentiū peda
gogus· Cuȝ ergo iulianus minatus fuiſſet omnes
xp̄ianos euertere cū rediret victor a pſide· Ait li
banius ſophiſta ad illū pedagogū· quaſi nos deri
dens· Nūc inquit fabri filius qđ putas agetˀ Cui
ille ꝓphetans· Creator inquit oīm quē tu fabri fi-
lium nominaſti· iuliano fabricat locellū ſepulture
Poſt paucos eñ dies mortuꝰ· in locello adductꝰ
eſt· Reſponſū aūt demonis de illiꝰ victoria fuit·
Nūc omnes aggredimur dei victoria trophea re
ferentes circa fluuiū ticen· Hoꝝ ergo dux ero bel
ligerator mars· ¶ ·XL· ¶ Paſſio ſancti
quiriaci & matris eiꝰ. & amon· ¶ Ex geſtis eoꝝ·

IVlianus igitˀ cuȝ ꝯtra pſas exiret in bel-
lum· veniens hieroſolimaȝ fecit exquiri
ſanctū quiriacū ep̄m· qui a parentibꝰ q̄-
dem iudas noīatus eſt· Sed a venerabili helena
poſt baptiſmuȝ quiriacus vocari iuſſus eſt· Huic
ꝓpoſuit iulianus ſubſtantiā & honorē ſi ſacrifica-
ret ioui· Qui cū penitus nollet acquieſcere· iuſſit
eum imperator extendi· & cum forcipe ferrea os
eius aperiri· atqȝ illi plumbū infundi· ut interiora
viſcera eius ꝯflagrarentˀ· Ip̄e aūt hoc ſuſtinēs in
celū tacens aſpiciebat· & poſt duas horas cū euȝ
mortuū omnes ſperarent· eleuans vocem ſuā ex-
clamauit dicens· xp̄e eterne & īextinguibilis ſplē
dor benedico te· qꝛ dignū me feciſti pticipari ſan-
ctis tuis· Dep̄cor aūt te· ut iſtiꝰ mali operarij ela
tio nō vincat me· ſed tua potentia ꝯfirmet me· Et
cū ꝯpleſſet orationē. iulianꝰ ait· Ecce quiriace q̄n-
tum dimiſi te verboſari· multotiens audiui talia.
ſed ſacrifica deo ioui· Cui ille· Ego ei qui verus
eſt deus credidi· qui te deſtruet in ſuperbia tua·
Tūc iulianus iuſſit grabatū ereuȝ afferri· & in eo
ſanctū virū extendi· & carbones ignitos ſubſter
ni· & ſpergi ſup eum ſal & adipē· & deſup virgis
cedi· ut venter eius & interiora viſcera laxarentˀ
ab igne· & dorſum deſup virgis verberari· Qui
eleuās voceȝ ſuā hebraice orabat· Admiratus aūt
tirannꝰ ſup ingenteȝ patientiā eius· iuſſit eum in
quoddā domiciliū incluſū cuſtodiri· donec excogi
taret qua morte euȝ pderet· Cūqȝ tranſiſſent duo
dies· Beata anna mater eiuſdem quiriaci veniens
hortabatˀ eū ad viriliter agonizandū· Miniſtri aūt
ſathane ſtatim retulerūt de ea tirāno· & iuſſit eaȝ
exhiberi· Que cū nollet ſacrificare. iuſſit eā capil-
lis ſuſpenſam iugulari· & in hac pena tribꝰ ho-
ris manens· cū oīno nō loquerctˀ· ait ad eā iulianꝰ
Quid eſt annaˀ· bene acceperūt te vngule· Que re
ſpōdit· Inſenſate canis. & omnis iniquitatis ope-
rarie· ſi habes maiora tormenta infer· parata ſum
eñ certare ꝯtra patrem tuū ſathanā· quem ſpero
me p nomen xp̄i vincere· Tūc ille iuſſit lampades
magnas ardentes lateribꝰ eius applicari· Sancta
aūt exclamauit ad dñm. & orans emiſit ſpiritum·
Quā tollentes xp̄iani ſepelierūt· Tūc iuſſit iulia-
nus quiriacuȝ adduci & ait· Dic michi quiriace·
quibꝰ maleficijs omnibꝰ nobis caliginē īduxiſti
tanq̄ nō ſentiens penasˀ· & ideo nō vis īmolareˀ·
Qui reſpondit· Anathematizo te īdigne canis· q̄
virtuteȝ dei ꝯuertis in maleficijs· nō poſt multos
dies celeſti plaga pcutieris· Tūc iuſſit iulianꝰ al-
tam foſſam fieri· Et p incantatores ſerpentiū cor
nutas aſpides· & multitudinē venenoſam ſerpen
tiū in ea mitti· ac ſanctū virū inter eos ꝓijci· Qđ
cuȝ fieret. dicebat quiriacus· Gratias tibi ago dñe
hieſu xp̄e. qꝛ non ſolū in tēpore ꝯpleſti ꝓphetiā da-
uid· ſed in nos humiles & miſeros hanc gratiā di-
gnatus es ꝯſūmare· ecce eñ ſup aſpides ambula-
mus· & ꝯculcamus leonē & draconē· hoc eo dicē
te iulianus beſtias ꝯburi p̄cepit· Cui miles quidā
ait· O rex inſenſate & demens hūc virū interfice
ei·Vade ut videat te ſoror tua·Tũc aſſũpſit ſecũ
aliũ monachũ & ꝑrexit ad domuꝫ ſororis ſue·Et
ſtans foris ꝓpe ianuã atrij clauſis oculis ut nõ vi
deret ſororẽ·ſtetit & ait·Vide me quantũ volue
ris·Et ſtatim reuerſus eſt ad heremũ· ¶ LXII·
¶ De abbatibus yſidoro & pambo· ¶ Hiero-
nimus in vitaſpatrum·

Monaſteriũ yſidori erat apud thebaidam
muro circũdatũ mille monachos habẽs
Senior ſedens ad ianuã ea lege intrãtes
recipiebat ut vltra nõ exirent· ¶ Actor ergo ſta
bilitas loci etiã tũc firmata eſt·quã tamen beat⁹
benedictus dicit̃ inueniſſe·id eſt·ſcripto primus
ꝯfirmaſſe· ¶ Idem in vitaſpatrum·Ad ſuſcipien
dos aũt hoſpites habebat cellulã ſibi adherentem
Hui⁹ yſidori dictũ eſt·Exquo factus ſum mona

chus nõ ꝑmiſi iracũdiã vſqꝫ ad fauces meas aſcẽ
dere·Abbati moyſi impoſuit duriſſimã impugna
tionẽ fornicationis demon·ut nõ p̃ualeret ſedere
in cellula ſua·ſed abijt ad abbatẽ yſidoꝝ & retu-
lit ei impugnationis ſue violentiã·Cunqꝫ de ſcri-
pturis ſanctis iſidorus ꝯſolaret̃ eũ·et ut ad cellu
lam ſuã reuerteret̃ rogaret·noluit·Iſidorus ergo
pariter cũ moiſe aſcendit in ſuperiora cellule ſue
et dixit ei·Reſpice ad occidentẽ·et vidit multitu
dineꝫ demonũ cũ furore·quaſi ad preliũ p̃paratos
Dixit aũt ei iſidorus·reſpice iteꝝ ad orienteꝫ·et
vidit multitudinẽ ſanctoꝝ angeloꝝ glorioſam et
ſplendentẽ ſup lumen ſolis·Ait aũt iſidor⁹·Ecce
quos in occidente vidiſti ipi impugnant ſanctos
dei·Nam quos ad orienteꝫ ꝯſpexiſti·ipi ſũt quos
in adiutorium ſanctis ſuis mittit dñs·Cognoſce
ergo qꝛ plures ſũt nobis.cũ ſicut dicit heliſeus qꝛ
maior eſt q̃ in nobis eſt·ꝙ qui hoc in mũdo·His
ꝯfortatus moiſes.reuerſus eſt in cellulaꝫ ſuã·Ab-
bas iſidorus quotiens illi cogitatio dicebat·quia
magnus es·Reſpondebat ad ſe·nũquid talis ſuꝫ
qualis ille·Cũ vero demon ꝯturbans eũ·ſuggere
bat ei deſperationẽ·dicebat·Quãuis ego in torm̃
tis mittar·tamen vos ſubtus me inuenio·Pamb⁹
cũ ſine literis eſſet·acceſſit ad quendã ut doceret̃
p̃s·Qui cũ audiſſet primũ verſũ pſalmi·xxxviij·
i·Dixi cuſtodiam vi··m·ut nõ de·ĩ li·i·m·Scdm
voluit audire·Satis eſt ĩquit·Si hũc implere po
tero·michi ſufficit·Requiſitus poſtea quare in·vj
mẽſib⁹ nõ rediſſet·Qui inq̃t illũ verſũ nõduꝫ ope
ꝯpleui·Poſt multũ requiſitus a quodã·verũ illuꝫ
impleſſet·Vix inquit·xlix·annis illũ implere po
tui·Huic quodã auro dante ad cibaria pauperũ
et dicente numera·Reſpõdit·Qꝫ dediſti nõ eget
numero·ſed ſalubri tantuꝫ effectu·Hic rogatus
ab athanaſio deſcendit alexandriã·vbi cũ videret
mulierem theatricã fleuit·requiſitus quare fleret.
ait·Due res me mouẽt·Vna eſt illi⁹ ꝑditio·Alte
ra.qꝛ nõ habeo tantũ ſtudiũ placendi deo·quãtuꝫ
illa turpib⁹ hominibus·De hoc dicebat iſaac·pa
tres noſtri et pambo abbas vetuſtas et de mltis
ꝑtibus reſarcitas veſtes vtebant̃·Nũc aũt q̃ pre
cioſis vtimini.deſeratis hũc locũ·Item theophilus
archiep̃us volebat in ſchiti edificari ab abbate pã
bo·Qui fratrib⁹ rogantibus ut aliquid ei diceret.
reſpondit·Si taciturnitate mea nõ edificat̃·neqꝫ
in ſermone edificabit̃·Idẽ ſicut apis quocũqꝫ va-
dit mel operat̃·ita monachus·Abbas pambus in
hora mortis ait·poſtꝙ veni in hac ſolitudĩe et fa-
bricaui michi cellam.extra laborẽ meuꝫ nõ recolo
panem me ꝯmediſſe·nec penituiſſe de ſmone quẽ
locutus ſim uſqꝫ in hanc horã·et ſic vado ad deũ
q̃ſi q̃ nec dũ initiũ fecerim ſeruiendi dño deo·Fra
ter requiſiuit abbatẽ pambũ·ſi bonuꝫ eẽt laudare
proximũ·reſpondit ſenex.melius eſt tacere·
¶·LXIII· ¶ De ammonio.et heleno.et
appelle· ¶ Hieronim⁹ in vitaſpatrum·

Vidimus inter eos ammoniũ ſapientiſſi-
mum virũ·Hui⁹ monaſteriũ erat muro
circũdatũ·qđ in illis locis ex lateib⁹ cru
dis facile fieri ſolet· ¶ Socrates·Ammoni⁹ eru-
ditiſſim⁹ origenis didimiqꝫ diſcipulus a iuuẽtu-
te uſqꝫ ad mortem p̃ter panẽ aſſum nichil come-
dit·Hic adeo ſine curioſitate fuit.ut cũ athanaſio
romã veniens.nullũ opus ciuitatis inſpiceret·niſi
tantũ eccleſiaꝫ petri et pauli·Hic electus in ep̃m.
dexterã ſibi amputauit aurẽ·Hic a nullo viſ⁹ eſt

iraſcens·aut iurans·aut mentiens· aut vanuꝫ·uel aſpeꝝ.uel infirmũ ꝓtuliſſe ſermonẽ· Hellim in ſinu portabat ignem·& veſtis eius nõ ardebat·

¶ Actor· Hũc hellim hieronimꝰ in vitaſpatꝝ appellat helenũ·de quo dicet̃ inferiꝰ· Appelles egiptius ut legit̃ ex fabro ferrario ꝯuerſus eſt· Qui quadã die hoc opus exercens·demonẽ cũ tẽptantem in ſpecie mulieris forcipibꝰ cãdentibꝰ ꝑcuſſit in facie·qui ſtridens & ingemiſcens ꝓcul fugit· Hieronimꝰ ait ꝙ nuda manu de ferro cãdẽte diabolum ꝑcuſſit transformatũ in mulierẽ ſpecioſaꝫ. ex quo in vſum habuit ferrũ candẽs nuda manu tenere nec ledi· Hic narrabat de quodã iohe·qui ſub cuiuſdã ſaxi rupe tribus ꝯtinuis annis orauit ſtans nũꝙ̃ reſidens vel iacens·ſomni tantũ capiens quantũ ſtans capere potuit· Cibũ nũꝙ̃ ſũpſit niſi dñica die·cũ pſ̃biter ad eũ veniebat & offerebat ꝓ eo ſacrificiũ·& hoc erat ei ſacramentuꝫ & victus· Pedes eius dirũpebant̃.& ſanies ex eis ꝓfluebat· Cõpletiſqꝫ tribꝰ annis ab angelo ſanatus eſt·& repletus ſcientia & doctrina·multoſqꝫ edificauit·dñica die ſemp reuertens ad illũ locuꝫ ſacramentoꝝ gratia· Reliquis diebꝰ opa manuuꝫ faciẽs iumentoꝝ cingula de palmaꝝ folijs texẽs ut in illis locis haberi mos eſt· quibꝰ cingulis iumentoꝝ infirmitates ſanabant̃· Hanc quoqꝫ gratiam habuit·ut vnicuiqꝫ fratrum ſcriberet de quo peccato uel vicio·vel de quo virtutis ope quiſqꝫ ceteris pminerett·

¶ ·LXIIII· ¶ ·De ſerapione.theone.eulogio.& dorotheo·

IN regione arſenoite ſerapionẽ vidimus patrem·x·miliũ monachoruꝫ qui omnes ex ꝓprijs laboribus cibos·pcipue meſſis tpe mercede manuũ ꝯquirebant· Hoc autẽ moris eſt nõ ſolũ ipis.ſed & omnibꝰ pene egiptijs monachis·ut meſſis tpe ſe locent ad metendũ· atqꝫ ex ea mercede octogenos vnuſquiſqꝫ modios frumenti plus minuſqꝫ ꝯquirit· Vnde nõ ſolũ regionis illiꝰ indigẽtes alunt̃·ſed & alexandriã naues honuſte frumento dirigunt̃.uel in carcerẽ recluſ. uel reliquis egentibus peregrinis· Neqꝫ eñ intra egiptũ ſufficiũt pauperes qui poſſint nimie eoꝝ fructus largitatis aſſumere· ¶ In vitaſpatrum· Abbas ſerapion quãdo erat iuuenis· paſtinaciuꝫ furabat̃ quẽ occulte mãducaret· Theona autẽ faciente ſermonẽ de ꝯtinentia·peccatũ cõfeſſus eſt corã omnibꝰ·& velut lampas ignis egreſſa eſt de ſinu eius·& impleuit totã domũ fetore· Dixit abbas theon· Sic nichil eſt noxiũ monachis & letificat demones·ꝙ̃ celare cogitationes patribꝰ ſpiritualibꝰ· ¶ Socrates· Theonas pater fuit triũ miliũ monachoꝝ.ſcientiſſimꝰ grecaꝝ & latinaꝝ literarum·xxx·annis dicit̃ tacuiſſe· ¶ Hieronimus in vitaſpatrũ· Vidimꝰ et aliũ ſanctũ theonam in ſua cella clauſũ ſolitariũ·ut dicebat̃·xxx·annis ſilentiũ tenuiſſe· ¶ Actor· Huic apparet ꝙ in toto illo tpe quo ſilentiũ tenuit·nõ fuit pater alioꝝ monachoꝝ· Nõ eñ tanto tpe poſſet tenere ſilentium. ſed poſt illud tricẽniũ factus eſt abbas· Sanctus pſ̃biter cogitationes hoĩm pſ̃ciens.cũ videt quoſdam ex monachis indigne velle ꝯmunicare·remouebat ſingulos.dicens vnicuiqꝫ·tu hac nocte fornicationis deſideriuꝫ habuiſti· Tu vero dixiſti in corde tuo·nichil intereſt vtrũ iuſtꝰ uel peccator accedat·& hos omnes & ſimiles remouebat·donec omnes ꝑ penitentiã purgarent̃· ¶ Socrates Dorotheus genere thebeꝰ ·quotidie lapides a mari colligebat·& ſingulis ãnis hoſpitiũ edificabat & nõ valentibus edificare dabat· Noctibuſ autēꝫ ꝓpter eoꝝ cibũ faciebat ſportas ut venderet· Nũꝙ̃ viſus eſt in lectulo ſoporatꝰ·uel ꝓ requie pedes extendiſſe· & ſepe ei dormienti cibus ex ore labebat̃· Aliquãdo ſomno grauatus cecidit in ſtercore·expgefactus & cõtriſtatus ait ſub ſilentio· Si angelis dormire ſuaſeris,& michi vlteriꝰ ſuadebis· Huic laboranti dixit quidaꝫ· Cur ita perimis corpus tuuꝫ· Reſpondit.qꝛ illud occidit me· Huiꝰ cibus omnino abſqꝫ ignis ope fuit·huiꝰ cellulam cũ latrones eũ aurũ habere eſtimarẽt quodam tpe inuadentes·ita orationibꝰ eius foribus affixi ſũt·ut penitus moueri nõ poſſent·donec cõſueta hoĩm multitudo adueniret· Quos ut viderent·igne ꝯburendos trahere conabant̃· Tũc vir ſanctus neceſſitate loqui cõpulſus ait· Sinite eos abire· Alioquin.ſanitatis gratia fugiet a me· Sola eñ manus impoſitiõe ꝯferebat de quacũqꝫ egritudine ſanitatẽ· Illi vero his auditis·& monachi facti ſũt.& penitentes abire dimiſſi ſunt· Hic etiaꝫ ſanctus quotiens hominibꝰ reſpondebat·in tabulis ſcribebat· Dicit̃ etiã ꝙ noctibꝰ ad heremũ ꝓdiens·plurimo beſtiarum comitatu vteret̃·quibꝰ tanꝙ̃ pro laboris remuneratione aquaꝫ de puteo ſuo hauriebat·

¶ ·LXV· ¶ ·De piammone.beniamin.& marcho·

PIammon preſbiter dũ ſacrificaret·vidit angelũ cõtra altare ſtantem·monachos pſ̃entes in codice ſcribentẽ·& delentem abſentes· ¶ Hieronimus· Piammon eo tpe quo fratres ad ꝯmunicandũ accedebãt·videbat angelum dei ſtantem iuxta altare·& ſcribentẽ in libro quorundã nomina·alioꝝ nõ ſcribentẽ·quoꝝ vnũquenqꝫ ſeorſũ diſcutiens·inuenit in ſingulis mortale peccatũ·& cũ eis tãdiu fleuit.donec cũ ceteris aſcripti ſunt· ¶ Socrates· Beniamin ſenex ydropicus intantũ fuit·ut ꝑ ianuas celle ſue nõ poſſꝫ efferri·niſi ianue cũ tabulis antepoſitis tollerent̃· Qua paſſione laborans·viij·menſibꝰ ante morteꝫ ſedens in cella latiſſima·ſolenniter curabat egrotantes·rogans ad ſe venientes ut orarent deuꝫ ꝓ anima eius·de corpore nõ curantes·qꝛ & dũ ſanũ eſſet inquit·nichil michi ꝓfuit· In ſchiti marchus dũ ad ſacramenta accederet·angelus ei ſacramenta pbebat·cuiꝰ manũ tantũmodo vſqꝫ ad iũcturam brachij videbat· ¶ In vitaſpatrũ· Marchus ſcriptor antiquarius vocatus·dũ ſcriberet.o reliquit imperfectũ· Hic marchus veſtitus erat ſacco ſciſſo & recõſuto·facie tincta de fuligine culine· Vnde a matre nõ eſt agnitus ad quaꝫ clauſis oculis egreſſus eſt· Hic ſiluani diſcipulus fuit hic ait ad arſeniuꝫ· Quare nos fugis· Qui ait.diligo vos·ſed nõ poſſum eſſe cũ deo & cũ hominibus· Superioꝝ quidẽ virtutũ milia vnaꝫ habent volũtatem·vnus aũt homo plures habet voluntates·

¶ ·LXVI· ¶ · De ſiluano et eiꝰ diſcipulis·

ABbas ſiluanus diu in exceſſu mentis factus eſt·& exurgens fleuit amare·rogãtibꝰ aũt fratribꝰ cauſaꝫ fletus ait· Ego ad iudiciũ raptus ſum·& multos vidi de habitu noſtro euntes ad tormenta·multos ſeculares ad regnũ·& lugens ſenex nolebat exire a cella ſua·ſꝫ quãdo exire cogebat̃·operiebat faciem ſuã dicẽs Quid neceſſe eſt videre lumen iſtud tpale·in quo nihil eſt vtile· Abbas ſiluanꝰ dũ cũ diſcipulo ſuo zacharia ad quoddã monaſteriũ ſuum ꝑueniſſet·

fecerūt eos monachi paꝝ comedere· Poſtꝙ vero egreſſi ſūt· inueīt diſcipulus aquā & voluit bibere· Cui abbas ait· hodie ieiuniū eſt· At ille Nūqd hodie nō comedimꝰ pater· Et dixit ei· Illa eſca caritatis erat fili· nos aūt iteꝝ ieiunium teneamus· Quidā peregrinꝰ ſupuenit ad abbatem ſiluanuꝫ in mōte ſinai· & vidit ꝙ fratres opabanť· & dixit eis. quare operamī eſcam q̄ perit· maria aūt bonā ptem elegit· Tūc dixit ſenex diſcipulo ſuo zacharie· Da illi codicem ut legat· & mitte eū in cellula que nichil habet· Hora aūt· ix· circūſpiciebat fratť ille ſi forte eum ſenex vocaret ad comedendum· Poſtꝙ tranſijt hora venit & dixit ei· Nūquid hodie nō comederūt fratres· abba· quare me nō vocaſtis· Dixit abbas· tu homo ſpiritalis es· & non neceſſe habes hac eſca· Nos quaſi carnales opus habemus ꝯmedere· & ideo opamur· tu aūt bonaꝫ ptem elegiſti· Qđ cū audiſſet cepit penitere & dicere· indulge michi abba· Tūc reſpondit· ergo neceſſaria eſt martha marie· Huiꝰ ſiluani diſcipulus fuit zenon· qui ait· Nūꝙ maneas in loco nomīato. neqꝫ cū homine habente magnū nomen· Idem zenon fratribꝰ de ſcripturis querentibꝰ ait· Reliq̄runt fratres peccata ſua & celeſtia ſectanť· Idē ꝯcupiſcens cucumerē· ait intra ſe· Fures ad tormēta vadūt· pba te ſi potes ferre tormēta· Et ſtetit in caumate· v· diebꝰ defricans ſe in ſole· Huius ſiluani fuit alter diſcipulus ut dictū eſt zacharias Is cū ſepem orti amouiſſet cū fratribꝰ ut facerēt ortū maiorem· dixit ſiluanꝰ· Nō ingredior in hāc cellam· niſi ſepis in loco ſuo fuerit reuocata. Idē zacharias vidit fratrē ſuū ſiluanū ī extaſi a mane uſqꝫ horā decimā· & cū vidiſſet eum quieſcentem coegit eū lacrimādo dicere quid vidiſſet· Tūc ille· In celū raptus fui & vidi gloriā dei· & illic ſteti vſqꝫ modo· & nunc dimiſſus ſum· Hic zacharias depoſuit palliū ſuū ſub pedes ſuos· & ꝯculcauit & dixit· Niſi quis ſic fuerit ꝯculcatus· nō poteſt eſſe monachus· Appolloniꝰ cū nullā artē ſciret· cibaria & medicamina laborantibus ex ꝓprijs pecunijs ꝯparabat· ſingula monaſteria circūiens vſqꝫ ad horam nonā· & languentes viſitans et eis miniſtrans·

## ·LXVII· De ſancto appollonio· Hieronimus·

Vidimꝰ in finibꝰ hermopoleos· ad quem ſaluatorē cū maria & ioſeph fugiſſe tradunt· Ibi erat templuꝫ· quo ingreſſo ſaluatore· omnia ydola corruerūt· & ꝯminuta ſunt· In finibꝰ illis erat appolloniꝰ pater· d· monachoꝝ fere octogenariꝰ· xv adhuc annoꝝ erat cū receſſit in heremū· ibi· xl· ānis ꝯuerſatus eſt· Ad queꝫ cū diceret dn̄s· Appolloni. ꝑ te ydola egipti ſubuertā. ꝑ te ꝓraꝫ ſapientiā ſapientum· Ait· Aufer a me dn̄e iactantiā· Et dn̄s ad eū Mitte manū tuā ad ceruices tuas· & qđ ꝯphenderis ꝯſtringe & ſb arena obrue· At ille iniecta manu apphendit quaſi paruulū ethiopē· & demerſit ſub arena clamantem Ego ſum ſupbie demon· Tūc ait vox diuina· quicqd d cetero popoſceris ꝯſequeris· Facta ſūt hec tpe iuliani apoſtate· Sanctꝰ aūt appollonius cū quidā fratrū ſuoꝝ captus eſſet a iuliano· perrexit & ꝯſolatus eſt eū· ut patienť ferret que ei inferebanť· Tūc adueniens tribunꝰ inueniens viꝝ ſanctū· & ira motus· iuſſit etiā illū cū ceteris īcludi· Qđ & factū ē· Media aūt nocte apparuit lux magna in carcere· & angelus ianuas aperiens· voluit omnes incarceratos educere· Ille vero moraꝫ fieri ꝯſuluit uſqꝫ mane· Tūc cuſtodes pedibꝰ ſanctoꝝ aduoluti rogabant eos diſcedere· Mane aūt facto venit cēturio & iuſſit eos diſcedere· Quia in eadem nocte terremotu domꝰ ſua concidit· & electi famuloꝝ ſuoꝝ mortui ſūt· Et ſic ſancti cū hymnis & laudibꝰ remearunt· Poſt hec gentibus p̄dicans multa milia hoīm ꝯuertit ad fidē ſignis & miraculis infinitis· Perſecutōis tpe egreſſꝰ eſt ut captiuos viſitaret xp̄ianos· Cūqꝫ quoſdā cōſolareť· inuentus eſt a iudicibꝰ & incarceratꝰ· Quidam vero gentilis philemo noīe famoſiſſimꝰ eū opprobrijs & ꝯtumelijs affecit· Cui appollonius· Miſereať tibi deꝰ fili· & nichil hoꝝ que dicis tibi deus imputet ad peccatum· Ille vero hoc audito ꝯpunctus eſt· & ſtatim ſe xp̄ianū ꝯfeſſus eſt· Iudex vero hoc audito iratus· iuſſit ignē fieri et eos in medio ꝓijci· qđ & factū eſt· Interiꝫ vir ſanctꝰ orauit ut ad gloriā nominis xp̄i ignis extigueret. & ſtatim ignis rore celi diffuſo extinctus ē· Qđ ut vidit iudex cito ꝯtritus eſt· & credidit in xp̄m Tandē ducti ſunt in vinculis corā p̄fecto· ſed & qui duxerūt eos ꝯtriti ſūt· & xp̄i nomini adherentes· etiā ipi vincti ſunt· & iuſſu p̄fecti (qꝛ noluit eos audire) in mare ꝓiecti ſunt· Sicqꝫ aqua paſſionis facta eſt eis aqua baptiſmi. & ꝓiecit mare corpora ſimul oīm in aridā· ſimulqꝫ ſepulti egritudines ſanāt· & orationibꝰ pie petentiū adhuc ibi ſubueniūt· Centū orationes vir ſanctus totiens flexis genibꝰ ꝑ diem. & totidē ꝑ noctē cōplebat· Indumentū eius erat ſtupeū collobiū & lintheuꝫ quo collū & caput obuoluebat· q̄ dicunť in deſerto ꝑmanſiſſe nūꝙ veterata Circa hūc ſanctū erat tēplū & ſimulacrū qđ ſacdotes ꝑ īpetrādis ꝓ aq̄s pluuialibꝰ circūferebant· quos oēs orando ſtare fecit immobiles. & nec bobꝰ adhibitis potuit moueri ſimulacrū· Sic ſteterunt tota die ac nocte rapidiſſimis eſtibꝰ aduſti· Tandē ſcientes hoc ei ꝑ ſanctū accidiſſe· incenſo ſimulacro crediderūt in domino·

## ·LXVIII· De eodem·

Primis adhuc diebꝰ cū cepiſſet habitare in ſpelunca· aderat dies ſanctus paſche Erant eis tantūmō pauci & ſicci panes & olera ex his que ſale aſperſa reponi apud eos ſolent Iuſſit ergo fratribꝰ ut peteret vnuſquiſqꝫ a dn̄o ſi quid in die feſto ſumere libenter habeat· Qđ illi iuſſerūt eū facere· Cūqꝫ ꝯpleſſet orationē Et omnes reſpondiſſent amen· Ecce repēte ante fores ſpelūce vident aſtare homines ſibi penitus ignotos cū magna ciboꝝ copia· ī quibꝰ erāt q̄dā que omnino in egipti regionibꝰ nūꝙ viſa ſūt· pomoꝝ genera· & magnitudo incredibilis vue· nuces· fici· & malapunica· faui mellis· & lactis copia· nuclij quoqꝫ ingētes· panes candidi & mūdi qui tamen peregrine viderenť eſſe ꝓuinde· Viri vero qui hec attulerant ſtatim ea tradiderunt· feſtinanter quaſi ad eū a quo miſſi fuerant regreſſi ſunt· Moꝝ tanta fuit copia· ut uſqꝫ ad diem penthecoſtes quotidie miſtrata ſufficerent· Illiqꝫ certi erant· ꝙ a deo ſolennitatis gratia ſibi miſſi fuerant· Quidam ex fratribꝰ popoſcit ab eo· ut ſibi dareť humilitas & manſuetudinis gratia· Quo orante ꝯpletū eſt· Orta fame omnes habitatores loci venerūt ad eū cuꝫ vxoribꝰ & ꝑuulis· qui iuſſit eos paſcere donec nō haberet niſi tres ſportas panis· qui vnius die victum monachis p̄bere debebant· quas etiā iuſſit p̄ferri ī mediū· & eleuatis ad deū manibꝰ ait· Nūquid nō poteſt manus dn̄i

multiplicare hec ſicut dicit ſpiritusſanctꝰ· Nō de
ficiet panis in ſportis his· donec ſatiemur omnes
de fructibꝰ nouis· Quattuor ergo ↄtinuis menſi
bus non ceſſauit erogari panis de ſportis· nec de
eſſe potuit aliquādo· Motus ergo dyabolꝰ ait ad
eū· Nūquid helias es tu· aut aliquis alius ꝓphe-
tarū· aut apoſtoloꝝ ꝙ hoc facere auſus es· Qui
ait· Quid inde· Nōne ꝓphete & apoſtoli homines
erant· qui nobis & fideꝫ ſuā & gratiā tradiderūt·
Aut tūc deus pſens erat· nūc vero abſens· Mo-
ris erat apud eū· ut fratres eiꝰ nō prius cibuꝫ ſu
merent ꝙ ↄmunionē dn̄icam ꝑciperent circa horā
nonā· & poſt hoc interdū ſic uſqꝫ ad veſperā ꝑma
nebāt verbū dei audientes· poſt hoc cibo ſūpto
alij ad heremū ſecedebāt ꝑ noctē totam diuinas
ſcripturas memoria recolētes· Alij ꝑcepta gratia
xpi· ſtatim diſcedebāt· ſcꝫ ſoli ſpiritali cibo ↄten-
ti· & hoc faciebant ꝑ plurimos dies· Iubebat fra-
tres ſemꝑ gaudere dicens· Triſtent̄ gentiles· lu-
geant iudei· plangant ſine ceſſatione peccatores·
Iuſti vero letent̄· Nō oportet prorſus ineſſe triſti
ciā his quibꝰ ſalus in deo eſt· & ſpes in regno ce-
loꝝ· Nam hi qui terrena diligūt ſuꝑ fragilibus &
caducis rebus letant̄· Nos qui tante glorie ſpem
& eternitatis expectationē habemꝰ· cur nō oīm
exultatione gloriemur· Dicebat quoqꝫ ꝓptea fra
tres aduenientes traditum eſt adorandos eſſe· ut
certū ſit in aduentu eorum· aduentū dn̄i haberi·
Sic eñ & abrhaam ſuſcepit eos qui homines vi-
debant̄· dn̄s aūt in eis intelligebat̄· Interdū etiā
cogere debemꝰ fratres ad corporalē requiem ↄtra
ipoꝝ voluntatē· Monebat ut ſi fieri poſſet· quo-
tidie ↄmunicarent monachi· ne qui ſe faciat lōge
ab his· lōge fiat a deo· Ieiunia legitima· id ē· q̄rte
& ſexte ferie dicebat nō eſſe ſoluenda· Quia q̄rta
feria iudas dn̄i traditionem cogitauit· & ipe dn̄s
ſexta feria crucifixꝰ eſt· Videbit̄qꝫ qui in his die
bus ſine aliqua neceſſitate ſoluit ſtatuta ieiunia·
uel cū tradente tradere ſaluatorem· vel cū cruci-
figente crucifigere· Si ergo his diebꝰ ſuꝑuenerit
aliquis· ponenda eſt menſa ei ſoli· qd̄ ſi noluerit
nō eſt cogendus· ¶ ·LXIX· ¶ De eua-
grio pallidio mela & paulo· ¶ Socrates·

Erat tūc tꝑis euagrius duoꝝ macharioꝝ
diſcipulus· a gregorio nazāzeno dyaco-
nus ordinatus· & cum eo deſcendēs in
egiptū· & viros illos inſpiciens· vitā illoꝝ imita-
bat̄· Hic archidyaconꝰ gregorij aſpectu erat pul
cerrimꝰ· & circa cultū veſtis ornatus· Cūqꝫ eum
quidaꝫ ſenator zelotipus vxori ſue noſſet eſſe no-
tiſſimū· mortē ei ꝑabat· Euagriꝰ aūt vidit in ſom
nis ꝙ quaſi ꝓ crimine ↄphenſus eſſet· ferroqꝫ vin
ctus pedes & manus ad ſupplicium duceret̄· Qd̄
dū fieret· quidā ꝓtulit euangeliū· & ꝓmiſit eum
eſſe liberandū· ſi a cōſtantinopoli recederet· Ideoqꝫ
ↄpulit ſibi iureiurādo ꝓmitti· & ille tactis euāge
lijs· hoc ſe facere ꝓmiſit· & vinculis ſolutꝰ· Exꝑ
rectus eſt· & credens viſioni pericula declinauit
& venit hieroſolimā· Is duos libros valde vtiles
ſcripſit· quorū vnꝰ eſt de actuali vita intitulatus
monachicus· Alius appellatus cognitionalis·
¶ Socrates· Huiꝰ euagrij diſcipulꝰ fuit palladiꝰ
cuiꝰ liber & de his & de ſilibꝰ affluenter loquit̄·
Hic ait· Oportet & diſcere que neſcimꝰ· & fideli-
ter docere q̄ nouimꝰ· Inter hos erat & melas eꝑs
ad cuiꝰ eccleſiam cuꝫ veniſſent qui eꝑos arrianis
reſiſtentes exilio deportarent· Viderunt eū tanꝙ
vltimū eccleſie miniſtrū candelas ꝑparantē· quē
& interrogauerūt vbi eſſet eꝑs· At ille· Ego vos
eꝑo nūciabo· Tūc ex itinere fatigatos ad eꝑi ho-
ſpitium duxit· & poſita menſa parauit ut valuit·
poſt prandiū ſe dixit eſſe eꝑm· At illi mirati· pro
pter reuerentiā dederūt ei fugā· Et ille· Nō decli
nabo inq̄t qd̄ mei ſimiles libenter patiunt̄· Huiꝰ
melantis frater fuit ſalomon ex negociatore mo-
nachus· Paulus aūt in libia quīgentos monachos
habuit· nichil oꝑabat̄· nec ꝑcipiebat niſi ꝙ ↄmede-
ret ſolū· Quotidie· ccc· orationes quaſi in tributū
deo ſoluebat· & ne numero delinqueret· totidem
lapides ponebat· Et ad ſingulas oratōes lapides
ponebat in ſinu· ¶ ·LXX· ¶ De abbate or.
& ſancto coprete· ¶ Hieronimꝰ in vitaſpatrū·

Sanctus or apud thebaidā erat nonage-
nariꝰ· barba ꝓlixa· vultu & aſpectu le-
tiſſimꝰ· literas primo ignorauit· Sed da
ta eſt ei diuinitus gratia· & oblato codice a fra-
tribus· q̄ſi olim iā ſciens literas legere cepit· Con
ſuetudo ei erat nō prius corporalē cibū ſumere·
ꝙ ſpūalem xpi ↄmunionē accipere· Idem or dixit
ad diſcipulū· Vide ne aliquādo alienū verbuꝫ ad-
ducas in cellam iſtā· Vidimꝰ & aliū ſenē bonum
noīe manſuetudine omnes hoīes ꝑcellentem· De
quo dicebāt· ꝙ neqꝫ vnꝙ iurauit· neqꝫ mentitus
eſt· neqꝫ iratus· nec ocioſū aut ſuꝑfluū ꝓtulit ſer
monē· Legit̄ de ſancto or· ꝙ hic cuꝫ iam multos
annos in heremo ꝑegiſſet· apparuit ei angelus di-
cens· quotcūqꝫ in hac vita poſitꝰ ↄuerteris ad ſa
lutem· ſuꝑ tot principatū accipias in futuro· mlt̄
ta aūt milia hoīm ꝑ eū ↄuerſa ſunt· Quotiens fra-
ter aliquis venit volēs in heremo morari· ſibi cel
lulam parauit· & ſuꝑlectilia dedit· Vnodā autēꝫ
tꝑe ut ipemet retulit ſub nomine alterꝰ· venerūt
demones in ſpecie celeſtis militie· tanꝙ magnum
regem in curru deducentes· Iſqꝫ qui a ceteris ut
rex habebat̄ dicebat ei· O homo impleſti oīa· ſuꝑ-
eſt ut tantū adores me· & transferā te in celū ſi-
cut heliam· Qd̄ audiens cogitauit· Quid eſt hoc
Nōne ego quotidie ſaluatorē meū & regeꝫ adoro·
hic ſi eſſet ille· nō a me poſceret qd̄ indeſinent̄ me
facere ſciret· Tūc ait· Ego regem meū habeo· quē
quotidie ſine intermiſſione adoro· tu aūt non es
rex meus· & ↄtinuo demon euanuit· Hic etiā ſan-
ctus tribus annis pane angeloꝝ vixit· nullū cibū
terrenū ſumens· Sed angelus eideꝫ de celo tercia
die afferebat· Dicit̄ etiā ꝙ fratres cū eo ↄmorātes
ſepe angeloꝝ aſpectū ī eccleſia canentiū hymnos
et laudes ꝑuigiles viderent· Erat inter alios co-
pres preſbiter annoꝝ circiter· lxxx· Hic interroga
tus de melchiſedech· tūdebat os ſuuꝫ dicens· Ve
tibi copres· qꝛ que tibi mādauit deus ut faceres
dereliquiſti· et que a te non requirit· illa ſcrutari
pſumis· Eius olera cū quidā gentilis furatus eēt
nō poterant coqui· nec aqua calefieri· Qd̄ fur vi
dens· retulit que abſtulit et factus eſt xpianus·
Eadem nocte venerūt fratres quibꝰ olera colle-
cta fuerūt neceſſaria· vnde ſanctꝰ copres domi-
no duplices honores retulit· ¶ ·LXXI·
¶ De ſancto mucio heremita·

Hic narrabat nobis ꝙ primꝰ in illa here-
mo· fuit quidā muciꝰ homo ſanctiſſimꝰ
Qui primo fuerat latro maximus· et ſe-
pulcroꝝ violator· in omnibus flagicijs opinatiſſi
mus· Qui cum quadā nocte ad quandā virginem
deo ſacratā ꝑ tectū cū quibuſdā machinis vellet

irrūpere · difficultate ꝑpetrandi operis fatigatus
ſomno opprimit̄ · et per viſum ſibi aſſiſtere videt ·
quendā regio habitu dicentem · Deſine iam ab his
flagitiꝫ · & ab hac effuſione humani ſanguinis · &
ab execrabilibus furtis · ad laborē ꝯuerte vigilias
& ſuſcipe angelicā celeſtēqꝫ miliciā · & ego te hꝰ
ducē milicie & principem faciam · Et ecce oſten=
dit ei exercitus monachoꝝ · & pꝛincipatū ſuꝑ eū
tenere iubet̄ · Euigilans aſtantē vidit virginē re=
quirentē quis eſſet · & cur. & vnde veiret · Et ille
quaſi amens effectus · nichil reſpondit niſi hoc tā
tūmodo · ut ei eccleſiā oſtenderet · Quē illa duxit
ad eccleſiā & obtulit p̄ſbiteris · quoꝝ ille pedibus
ꝓſtratus · rogabat ſe xp̄ianū fieri . & locū peniten
tie dari · Illi aūt pꝛimi pſalmi tres pꝛimos verſus
tradūt ei · quos ſibi dixit ſufficere · Tribuſqꝫ die=
bus ꝑmanēs apud eos · ꝓfectꝰ ē ad heremū · vbi
plurimo tp̄e demoꝛatus eſt cibū ex radicibꝰ her=
barū capiens · Rediens aūt ad p̄ſbiteros reddidit
verſus ſuos · tam verbis ꝙ operibꝰ · Permanēſqꝫ
apud eos ebdomada vna · rediit ad heremū . vbi ꝑ
vii · ꝯtinuos ānos in omni gratia degens · plenitu
dinem gratie ꝯſecutus eſt · Ita ut omnes pene ſcri
pturas memoꝛiter teneret · Cibū die dn̄ica tantū
ſumebat diuinitus delatum · qui ei ſufficiebat uſqꝫ
ad alteram dn̄icā · · ¶ · LXXII · ¶ · De mi
raculis eius que narrauit ſanctus copꝛes ·

CVm aūt diligentiſſime ſepeliendis moꝛ=
tuis indumenta aptaret · Ait ad eū qui=
dam adoleſcens eius diſcipulus · Vellē
ut me moꝛtuū ita indueres · plane inquit faciā . &
tam copioſe induā donec dicas ſufficit · Poſt non
multum tp̄is ille defūctus eſt · quo induto . ait ad
eum coꝛā omnibꝰ · ſufficiūt hec tibi ad ſepulturā
o filiole · an adhuc vis ut aliquid addamus · At ille
obuoluta iam facie vultuqꝫ ꝯſtricto · dixit om̄ibꝰ
audientibꝰ · ſufficit pater · impleſti qđ ꝓmiſeras ·
Pergens aūt aliquādo ad viſitādos fratres quos
inſtituerat . reuelatū eſt ei a dn̄o ꝙ quidā eger mo
riturus eſſet in pꝛoximo · hoꝛa iam erat ad veſpe=
ram · Cūqꝫ videret ſolem iam demergi ad eū . ait ·
In nomine dn̄i noſtri hieſu xp̄i ſta pauliſper in iti
nere tuo · & expecta me donec ad vicū ꝑueniam ·
qđ & factū eſt · Ingreſſꝰ aūt domū fratris ꝓ quo
feſtinauerat · inuenit eū iam defūctū . et oꝛatione
facta · accedens ad eū oſculatus eſt eū dicēs in le
cto · Quid magis deſiderii habes . abire & eſſe cū
xp̄o · an ꝑmanere in carne · Tūc ille recuꝑato ſpi=
ritu · paululū reſedit dicens · Quid me reuocaſ pa
ter · melius eſt michi abire & eſſe cū xp̄o · ꝑmanere
aūt in carne qđ michi ē neceſſariū · Doꝛmi inq̄t in
pace fili & oꝛa pꝛo me · At ille ꝯtinuo ſe reclinās
in lectulo doꝛmiuit · Aliū fratrē decūbentē cū vi
diſſet moꝛtē difficiliter accipere · increpauit dicēs .
cur imparatꝰ es ad ꝑfectionē · At ille · Oro pater
ut intercedas ꝓ me · quatinꝰ michi paruū tempꝰ
ad penitentiā dn̄s largiat̄ · Cui ſanctus · Nūc inq̄t
ſpaciū penitentie requiris · vbi vite tp̄us impleſti ·
quid faciebas in hoc omni vite tue tp̄e · nō potui=
ſti vulnera tua curare · quinimo recentioꝛa ſemꝑ
addebas · At ille cū ꝑmanebat exoꝛans · ait ad eū
mucíꝰ · ſi vltra nō addas tuis malis mala · oꝛabo ꝓ
te dn̄m · Et cū oꝛaſſet ait · Ecce tres annos ꝯceſſit
tibi dn̄s · At ille ſurgens ſine aliqua dilatione · ſe=
cutus eſt eū ad deſertū · Expletis aūt tribꝰ annis
reduxit eum ad locū vnde eū aſſūpſerat . ſtatuitqꝫ
eū in medio fratrū · atqꝫ ex ip̄o materiā de fructi=
bus penitentie ꝓduxit ad fratres · Ip̄o aūt ſermo
ne faciente · cepit frater ille quaſi paululū doꝛmir̄ .
& ꝯtinuo in ꝑpetuū quieuit · Iſte mucíꝰ ſepe trā=
ſiuit nilū pedibus ſuis aquā habēs uſqꝫ ad genua .
frequenter ingreſſus eſt ad fratres hoſtiis clauſ̄ .
& ad quēcūqꝫ locū voluit in momento tp̄is ꝙuis
longe poſitus eſt euectus · ¶ · LXXIII ·
¶ De miraculis ſancti copꝛetis . & abbate helia ·

CVm hec & multa alia copꝛes narraret
vnus ex nobis quaſi ad incredulitatem
eoꝝ que dicebant̄ tedere cepit · & pꝛe te=
dio doꝛmitare · Et ecce vidit ꝑ viſū librū aureis
literis ſcriptū in manibꝰ copꝛetis · vnde narratio
ſenis deduci videbat̄ · & vocem cuiuſdā viri cani
cie venerandi dicentē ſibi · Cur nō audis intente
que recitant̄ tibi · ſed incredulus doꝛmitas · Hoīes
aūt regionis illius arenam que a ſancto calcabat̄
& benedicebat̄ · aſꝑgebant ꝑ agros ut terre ſteri=
litas auferret̄ · hucuſqꝫ verba copꝛetis de mucio ·
Hic copꝛes inueniens manicheū ſeducentē plurēs
nec potens eū verbis excludere · ait ad populum
accendite ignē plurimū . & tūc ambo intremus in
flamā · & ſi quis exuſtuſ nō fuerit . huiꝰ vera eſt fi
des · Quo facto . ſenex apprehendēs manicheū ce=
pit ꝑtrahere eū ad ignē · Nō inq̄t ita . ſed vnuſq̄ſqꝫ
noſtꝝ ſingulariter ingrediat̄ · pꝛimꝰ tamen intrare
debes · qui hoc ip̄m ꝓpoſuiſti · At ſenex in nomine
xp̄i ſe ꝯſignans ingreſſꝰ eſt flamā · que huc & illuc
diuiſa nihil ei nocuit · & ſtetit ibi dimidia fere ho
ra · Qđ videns populꝰ ꝯpulit aliū intrare · at ille
cepit ſubſiſtere & ſubtrahere ſe · Illi vero app̄hen
dentes eū in ignē ꝓiecerūt · deinde cū dedecore
fugarūt · Idem vero narrabat fuiſſe in finibꝰ anti
noi ciuitatis · que eſt metropolis thebaidis heliā
c · & · x · annoꝝ ſenē · quoꝝ · lxx · in ſolitudine trāſe=
gerat · Hic dicebat · qđcūqꝫ viciū ꝓpꝛie paſſionis
abieceris · eius vicii demonē etiā de obſeſſis coꝛ=
poꝛibꝰ poteris effugare · ¶ · In vitaſpatrū · Dixit
helias tres res timeo · vnā quādo aīa mea egreſſu
ra eſt de coꝛpoꝛe meo · Alterā quando occurſurꝰ
ſum iudici · Terciam quando ꝓferenda eſt de me
ſententia · Ad hūc heliā qui peccantē nolebat ſu=
ſcipere dixit anthonius · Nauis in pelago faciens
naufragiū ꝑdidit qđ poꝛtabat . et vacua vix ꝑueit
ad terrā · Cur ergo liberatā i terra vultis ſubmer
gere · Idem helias dixit · Palloꝛ cum humilitate . &
macies . decus eſt monachi · Ideꝫ monachus edens
multū & operās multū nō ꝯfidit · qui vero paruū
edit & ſi parū opat̄ ꝯfidit & viriliter agit ·
¶ · LXXIIII · ¶ · De abbate ſiro & paulo
& eſaia · ¶ Hieronimus ·

BEatus aūt copꝛes inter cetera miracula
que narrauit · addidit etiā de beato ſyro
& paulo . & eſaia · Qui cū aliquādo ad ri
pam fluminis ſibi inuicē occurriſſent · ut fratrem
quēdā viſitarēt · noīe anub · dep̄cantibꝰ illis dn̄m
ne in via impedirent̄ · nauicula eis apparuit · quā
aſcendentes · iter qđ tridui erat · in vna hoꝛa ꝑfe=
cerūt · Cūqꝫ applicuerunt dixit beatus eſaias . dn̄s
oſtendit michi virū ad quē imꝰ occurrentē & di
centē vnicuiqꝫ noſtrum ſecreta coꝛdis noſtri · &
paulus ait · Et dn̄s oſtendit michi ꝙ poſt triduū
moꝛiet̄ homo ille · Cūqꝫ ad monaſteriū a flumine
iter incederent · occurrens eis anub et benedicens
eos · Et poſt de vniuſcuiuſqꝫ meritis patefecit ·
Dixit ei paulꝰ · quia nouimꝰ te poſt triduū deceſ
ſurū a mūdo · tu nobis de actibꝰ tuis quibꝰ deo

placuiſti · ad memoriã & corroboratione᷒ fidelium
narra · Qui ait · Ego nichil vn̄q̄ꝫ magnuꝫ feci · hoc
tamen cuſtodiui · ſemꝑ in ꝑſecutōe ſaluatoris no=
men ꝯfeſſus ſum · nunq̄ꝫ mentitus ſū · nūq̄ꝫ terrena
deſiderare volui · nunq̄ꝫ gratia xp̄i michi defuit ·
Sed omne᷒ cibū que᷒ deſideraui · angeli michi affe=
rebant · Nichil eoꝝ q̄ in terris fiūt · occultauit a me
dn̄s · Nūq̄ꝫ ſomnū appetij · ſed ſemꝑ eū videre · ſed
& angelus dei michi ſemꝑ aſtitit · qui omnia que
in mūdo gerunt᷒ oſtendit · Vidi etiã cetus iuſtorū
martirꝝ & monachoꝝ ſanctoꝝ · quorū opus ſemꝑ
eſt laudare deū & benedicere in ſimplicitate cor=
dis & fidei · Econtra vidi ſathanã et angelos eiꝰ
in eterna pena ignibꝰ tradi · Cūq꞉ hec & alia per
triduū eis narraſſet · ſpiritū tradit in manꝰ ange=
loꝝ · videntibꝰ illis delatū in celum · & laudantem
deū cū angelis atq꞉ canente᷒ · ¶ · LXXV · ¶ · De
ſancto heleno & eius miraculis ·

De ſancto aūt heleno dixit cū diu in here
mo habitaſſꝫ · voluit fratres viſitare · q̄=
bus & attulit cibaria · Cūq꞉ in medio iti
nere pondere eoꝝ grauaret᷒ · vidit onagros ꝑ here
mū diſcurrentes · quoꝝ vnū vocauit dicēs · In no
mine dn̄i mei hieſu xp̄i · veniat vnꝰ veſtruꝫ & fe=
rat ſarcinã iſtam · Et ꝯtinuo vnus acceſſit · ip̄mq꞉
ſimul cum ſarcina velociſſime ad fratres detulit ·
Alio quoq꞉ tp̄e viſitans fratres · inuenit eos non
adeo ſolenniter celebrare diem dominicuꝫ ut de=
berent · agnita cauſa · ſcꝫ q꞉ nō habebāt ſacerdoteꝫ ·
q꞉ trans flumen quoddã manebat quo nemo veni
re poterat · ꝓpter crocodilū q̄ in medio occidebat
homines · Ait ſenex · Ego vadã ꝓpter ſacerdotem
Tūc veniens ad aquã vidit crocodiluꝫ venienteꝫ
& ſupponente᷒ ſe ſibi · & aſcendit ſuꝑ eum · & cito
deuectꝰ eſt ad cellã ſacerdotis · que᷒ adduxit ſecū
ad aquã ut tranſiret · Cūq꞉ ſacerdos nō adeſſe cau
ſaret᷒ nauigiū · reſpondit · Ne timeas paratū eſt · &
voce magna crocodilū vocauit · & dorſū eiꝰ aſcē
dit · Preſbiter vero ſolo viſu beſtie ꝑterritus · au
fugit · nec vllatenꝰ voluit aſcendere · Tūc vir ſan=
ctus ſolus trāſuectus eſt · & cū a beſtia deſcēdiſ=
ſet ait · Melius eſt tibi mori · q̄ꝫ tot ſceleruꝫ reatu
inuolui · & ꝯtinuo expirauit · Cōtigit etiã ut qui=
dã adoleſcens illū maxime depcaret᷒ ut eū poſſet
imitari ad heremū · quo impetrato · tande᷒ ſecutus
eſt eū · Hūc cuꝫ demones turpibꝰ fornicationibꝰ
& cogitationibꝰ affligerēt · cito ad ſanctū helenū
aufugit · ꝯfitens ei peccatū & illuſiones · Tūc vir
dei digito ſuo circūducto in arena circa cellulam
adoleſcētis ꝯculo · ꝓhibuit ī noīe dn̄i ih̄u ne demo
nes ſtatutū limitem tranſgrederent᷒ · Et ita v̓tute
verbi · decetero adoleſcens ſecurus in ſpelūca ꝑ=
manſit · Hic etiaꝫ aduenientibꝰ fratribꝰ · nō habe=
bat quid eis apponeret · ſed ſolebat iuuene᷒ videre
ſibi deferente᷒ cibaria quecūq꞉ appeteret · Quibus
ante cellam depoſitis iuuenis nō ꝯparuit ·

¶ · LXXVI · ¶ · De ſancto abbate paphūcio ·
¶ Hieronimꝰ in vitaſpatrū ·

Vidimus & monaſteriuꝫ paphuncij · q̄ &
habitator erat vltimi deſerti in regioni=
bus heracleas ſplendide apud thebaidã
vrbis · Hic cū multo tp̄e angelicã vitam duxiſſet ·
oratōe facta ad dn̄m · ut ei oſtēderet cui ſanctoꝝ
ſimilis eſſet · affuit ei angelus dicēs ſimile᷒ eſſe cui
dam ſimphoniaco · qui in vicino loco cantādi arte
victū queſiuit · Tūc vir dei inuento illo · vitã eiꝰ
ſcrutatus · & inuenit eum primo fuiſſe latrone᷒ · &
inter cetera mala duo laudabilia geſſiſſe · Ait eīn ·
Cū ego & ſocij mei quondã virginem quandã ra=
puiſſemꝰ · & ſocij mei corrūpere eam voluiſſent ·
ego de manibꝰ illoꝝ rapui · & intactã domi reſti=
tui · Alio quoq꞉ tp̄e vidi muliere᷒ in heremo hone=
ſte forme errante᷒ · Cūq꞉ hanc michi cauſã diceret ·
q̄ꝫ vir ſuus cū duobꝰ filijs ſuis incarceratus eſſet
ꝓpter debitū phiſcale · & ip̄a etiaꝫ ad ꝯſil'es penas
quereret᷒ · & ideo ſic oberrabat · ego duxi eam ad
ſpeluncã meã · & animã eius poſt triduū fame col
lapſam refeci · & dedi ei · ccc · ſolidos · quibus poſt
modū virꝝ ſuū & filios liberauit · His auditis vir
ſanctus · dixit ſe nūq̄ꝫ tale feciſſe · Adiūgens · q꞉ er
go nō minimo loco haberis apud deuꝫ · ſeq̄re ip̄m
Tūc ille cito de manibꝰ ꝓiectis fiſtulis ſecutꝰ eſt
euꝫ · Ac trienniū in maxima abſtinentia ꝯtinuauit ·
& ſic inter manus angeloꝝ reddidit ſpiritū · Tūc
orauit ſanctus paphuncius ut ante · cui angelus
dixit eſſe ſe ſimile᷒ primario cuiuſdaꝫ vici · Ad que᷒
cū vir dei veniſſet · cū magna reuerentia ſuſceptꝰ
eſt · Et eiꝰ vita requiſita · vix impetrare potuit · vt
ſibi eam referret · Tande᷒ ait · Quoniaꝫ vir dei ſan=
ctus es · ideo cūctis alijs occultata · tibi pandam
licet minima ſint · Ego vxorem duxi tantūmodo
cauſa ꝓlis · ex qua tres filios ſuſcepi · Iam · xxx · an
ni tranſacti ſūt · ex quo vltimꝰ natus eſt · nec po=
ſtea ip̄am vel aliã noui · ſil'iter nec ip̄a aliū viruꝫ ·
Addidit etiã q̄ꝫ ſuſcipere hoſpites nō ceſſabat · ho
ſpitem ſine viatico nūq̄ꝫ dimittēs · In iudicio nūq̄ꝫ
ꝑſonã acceperat · litigantes nūq̄ꝫ p̄teriēs · niſi eos
ꝯcordaſſet · nunq̄ꝫ greges eius alienas fruges leſe=
rant · Volente᷒ ſeminare in agro ſuo nūq̄ꝫ ꝓhibuit ·
meliora noualia illi relinquens quantū in ſe fuit ·
Nūq̄ꝫ ꝑmiſit ut potentior inferiore᷒ p̄meret · Sed
ſtudebat ut nemine᷒ ꝯtriſtaret · Et quid plura inq̄t ·
omnia op̄a miſericordie inquãtū potui · uel inquã
tū audire potui hoīem feciſſe · quantuꝫ in me fuit
expleui · Hoc audiens vir ſanctꝰ ait · nichil tale fe
ci · Igit᷒ reſtat tibi ut nudus nuduꝫ xp̄m imiteris ·
Quo audito · ſtatim abijt · nec poſt multū tempus
vir ſanctus ſedens in cella ſua · vidit animã illius
ab angelis delatã · & ſtatim adijt cellam illiꝰ · que
nō longe erat a ſua · & inuentū corpus ſepeliuit ·
& ſeip̄m maioribꝰ exercitijs dedit · Tercio orauit
ſanctus ſicut prius · Et tūc ei angelꝰ oſtēdit viaꝫ
qua incedens inueniret ſibi ſil'em · Tunc ꝓcedens
vir ſanctus · inuenit mercatore᷒ duas naues habē=
te᷒ · ī quibꝰ habuit · xxx · miliū ſolidoꝝ ad mercatu=
ram · Que᷒ cū videret ſanctus ait · Relinque hec q̄
de terra ſunt · & celeſtibꝰ te iūge · & ſtatim ille ac
quieuit · poſt aliquot tempus ꝯſūmatus eſt · & cō
gregatus eſt ad ꝯgregatione᷒ iuſtoꝝ · Et nō multo
poſt aſtitit angelus paphuncio dicens · Veni be=
nedicte ingredere eterna tabernacula tibi debita
Tunc vnã diem poſtea agens · preſbiteris adueni
entibꝰ ait · Nemo ſiue fur ſiue mercator debet cō
temni · q꞉ in omni gente habet deus animas aliq̄s
ſibi placentes · Et poſtq̄ꝫ virtutes a deo ſibi datas
narrauerat · vitã finiuit p̄ſente᷒ · & ingreſſus ē eter
na · Idem paphunciꝰ ꝓpter latrones ꝯtra ꝓpoſitū
ſuum bibit vinum · & ſic lucratus eſt eos ·

¶ · LXXVII · ¶ · De thaiſe meretrice ꝯuerſa ·
¶ · Ex geſtis eiꝰ ·

Fvit eo tp̄e puella que=
dam nomine thaiſis · decora nimis · quaꝫ
mater eius a paruulo ſtatuit ī ꝓſtibulo ·
factaq꞉ eſt famoſiſſima meretrix · Multi eīn etiam
lōginq̄s regionibꝰ ad eã ꝯfluebāt · Sꝫ & amatoēs

eius pro zelo litibus inter ſe ꝯſertis· frequentẽ ei⁹ limina ſanguine replebãt· Qđ cū audiſſet paphū cius abbas· ſumpto habitu ſeculari· & vno ſolido ꝓfectus eſt ad eā· Quā ut vidit· ꝓtinus ꝓferenſ ſolidū ei dedit· Que accepto ꝑcio ait· Ingrediamur domū· Cūq3 igreſſ⁹ eẽt· inuitat⁹ ab ea· ut lectū ꝑciosis veſtib⁹ ſtratū aſcenderet· Dixit ad eā Eſt hic aliquis locus ſecretioꝛ· At illa· eſt· Et ſenex· In illū egrediamur· At illa· ſi hoīem vereris· nullus te in hoc loco ꝯſpicit· Si vero deū metuis· vbicūq3 fuerim⁹ inſpicit de⁹· Cui ſenex· ſcis eſſe deū· Illa reſpondente· ſe ſcire deū· & ei⁹ regnū futurū· toꝛmenta quoq3 peccatoꝝ· Senex ait· Si ergo noſti· cur tantas animas ꝑdidiſti· & nūc nō ſolum ꝓ tua aīa· ſed etiā pro illoꝝ ratione reddituꝛa damnaberis· Illa hoc audiens· pedib⁹ ei⁹ ꝓuoluta· cū lacrimis triū dierum inducias petijt· poſt quos factura eſſet quidq̄d ei ꝑciperet· Qui cū ei locū ꝯſtituiſſet vbi venire deberet· illa collectis omnib⁹ que ex peccato lucrata fuerat· platiſq3 in mediū ciuitatis· populo ſpectante ꝯbuſſit· Et p⁹ hoc ad locū quē abbas ei ꝯſtituerat ꝑrexit· Quam ille repto virginū monaſterio in cellulā ꝑuam recludens· hoſtiū plūbo ſigillauit· & ꝑuā feneſtrā reliquit ꝑ quā ei cibus modicus infer̄ret· Iuſſitq3 illi quotidie parū panis aridi· & paululū aque miniſtrari· Atq3 querenti quomō deberet oꝛare deū Reſpondit· Nō es digna deū nomīare· ſed tantū incūbens ꝯtra orientē reſpice· hunc ſermonē frequenter iterās· Qui plaſmaſti me miſerere mei· Igit̃ tres annos ꝯcluſā abbas paphūcius ꝯdoluit· ꝓuectuſq3 eſt ad anthoniū· ut ab eo requirẽt an deus peccata ſua illi dimiſiſſet· Cūq3 iubēte anthonio diſcipuli eius nocte ſinguli ſingillatim oꝛaſſēt inceſſanter· ut deus alicui ex eis· cauſā illā declararet· Cito vidit abbas paulus lectū in celo ꝑcioſis veſtib⁹ adoꝛnatū· quē tres virgines clara facie tenētes, tres lampades ante eū cuſtodiebāt· eratq3 ſup eum lectū coꝛona īmarceſſibilis poſita· Cūq3 paul⁹ eis diceret· nō eſt hec gloꝛia niſi patris mei anthonij· Ad hec vox diuina reſpondit· Nō ē patris tui anthonij· ſed thaiſis meretricis· Qđ cū mane facto paulus retuliſſet· ꝯgnita dei virtute· paphunci⁹ cū gaudio diſceſſit· Et mox ꝓfectus ad locum· hoſtiū qđ plumbo ſignauerat· diſſipauit· Dixitq3 beate peccatrici· Egredere· q2 remiſit tibi deus peccata tua· At illa· Teſtoꝛ inquit deū· q2 exquo hic ingreſſa ſum· ex omnib⁹ peccatis meis q̄ſi ſarcinā michi feci· & ante oculos meos ſtatui· & ſicut nō diſceſſit anhelitus de naribuſ meis· ita nec quidē vno momēto vſq3 ad hanc hoꝛā peccata mea a me receſſerūt·

## ¶·LXXVIII·

## ¶·De ſancto baſilio ceſarienſi epiſcopo·

EOdem tp̄e baſilius ceſarienſis ep̄s capadocie clarus habitus eſt· Cui⁹ vitā mirabilem deſcripſit ſanctus amphilochius yconij ep̄us· ¶·Amphilochius· Hic baſili⁹ cum olim eſſet ſeptennis a parentib⁹ literis ꝑhicis dedicus· poſtea matrē verboꝝ athenas appꝛhendit· ibi cū gregoꝛio nazanzi poſtea ep̄o· & iuliano· & libanio ſtuduit in doctrinis grecis· ibiq3 nullatenus inuenire valēs oīm creatorem· quadā nocte vigilantē· eū diuinus quidā fidei ſplendoꝛ accendit ꝑluſtrare toti⁹ religionis ſcripturam· Pꝛofectuſq3 in egiptū· libꝛos ſacros petijt· & diuinoꝝ meditationi vacauit· Reuerſuſq3 in greciā multis ꝑhis viam ſalutis oſtendit· Inter quos eubolū ꝑceptoꝛē ſuū requirēs inuenit diſputantē· Repꝛhēditq3 eum· Hi aūt qui cū eo erant· quis repꝛhendit te inquiūt o ꝑhe· Qui reſpondit· aut de⁹· aut baſilius· Cōuerſuſq3 ad baſiliū ait· Que eſt diffinitio ꝑhie· Qui reſpōdit· Pꝛima diffinitio ꝑhie eſt meditatio moꝛtis· Et ille admirans ait· Quis eſt mūdus· Qui reſpondit· qui eſt ſup mūdū· & dulces quidē ſūt mundi ſermones· Amatus aūt eſt mund⁹ ei qui ꝯtinet eū vicioſe· Et alia eſt voluptas coꝛpoꝛis· alia ſpirit⁹· & ſimul hec coeſſe nō poſſūt cuidā· Nemo eñ poteſt duob⁹ dn̄is ſeruire· Tribuſq3 dieb⁹ incibati ꝯquirētes manſerunt Tūc eubolus ꝯgnita ab eo via veritatis· humiliauit ſe ſub eo offerēs ſe & ſua· Venditiſq3 oīb⁹ q̄ habebāt· & datis pauperib⁹ ut irent in hieruſalem· veniūt anthiochiā· vbi libanio ſophiſte & diſcipulis eius cū verbū fidei ꝑdicaſſent· venerunt hierusalem· ibi ab ep̄o maximino regenerationē ꝓſtrati petentes· veniūt cū eo ad ioꝛdanē· & oꝛauit baſilius ſignum reuelari fidei eius· Tūc venit ſup eos fulgur· & colūba ex eodem fulgure q̄ turbans aquā reuolauit in celū· Et poſt annū baptizati· redierūt anthiochiā· vbi ſub milecio ep̄o dyaconus ꝯſecratus eſt baſili⁹· Deinde ceſareā illis adeuntib⁹· nocturna viſione reuelat⁹ eſt euſebio ep̄o aduentus eoꝝ· Et q2 ſucceſſoꝛ ei⁹ fieret baſilius· qđ nō multo poſt factū eſt· Et ꝯſecrat⁹ petijt a deo ſibi dari gratiā & intellectum ꝓpꝛijs ſermonib⁹ offerendi ſacrificium altaris· Et poſt ſex dies in extaſi factus eſt· in aduētu ſpirituſſancti miniſtrare cepit· Quadā nocte aduenit ei dn̄s iheſus in viſione cū apoſtolis faciens ꝓpoſitionē panis in altari· & excitauit eū dicens· Repleatur os tuū laude· ut ſingulis diebus offeras michi ſacrificium· Qui nō ferens oculis viſionē· acceſſit ad altare· & ſic ſcripſit ī cartha· Repleat̃ os meū laude· vt hymnū dicat gloꝛie tue· Et poſt finem oꝛationis exaltauit panem· & diuidens in tres ꝑtes· vnā ꝯmunicauit· Aliam reſeruauit ꝯſepelire ſibi· Terciā imponēs colūbe auree que ſup altare pependit· Et exeūte eo eubolus & cleri pꝛinceps· q̄ ſtabant ante poꝛtā templi· ꝓſtrati coꝛam eo dixerunt ſe vidiſſe lucem intelligibilē in templo· & viros candidatos· & audiſſe vocem populi gloꝛificantes deū· Et ꝯgregata multitudine ad diuinū miſteriū in eccleſia· quidā hebꝛeus miſteriū officij exploꝛare volens· ꝑmiſcuit ſe populo· Et vidit infantē ꝑtiri in manib⁹ baſilij· Et accedens cū alijs ſūpſit vere carnē & vere ſanguinē dn̄i· Qđ indicans vxoꝛi ſue baptizatus eſt cū omni domo ſua·

## ¶·LXXIX· ¶·De ſeruo quem a poteſtate dyaboli liberauit·

QVidam etiā ſenatoꝛ nomīe ꝓteruis ſuā filiā voluit deo ꝯſecrare· Cui inuidēs diabolus vnū de ſeruis ſuis ad amoꝛē eius incendit· Qui alloquens incantatoꝛē vnū accepit ab eo epiſtolā dicentē· Vade & ſta ſup monumētum gētilis nocte· & exalta carthā in aere· & aſtabunt ibi demones q̄ adducent te dyabolo· Quo facto, dyabolus legens epiſtolā ait· credis in me· qui reſpondit· credo· Et ille abꝛenuncias xp̄o· qui ait· abꝛenuncio· At ille· ꝑfidi eſtis vos xp̄iani· qui quādo opus me habetis venitis ad me· Sed poſt ꝯpleta deſideria veſtra reuertimini ad xp̄m veſtꝝ q̄ benigne ſuſcipit vos· ſ3 fac michi manu ſcriptā xp̄i tui & baptiſmatis abꝛenūciationē volūtariā· & ꝓfeſſionē mei· quā habeā ī die iudicij· & ſtatim

cōplebo deſideriū tuum· qđ & fecit· Tūc immiſit ſpiritus fornicatōis ad puellam & inflamauerūt eam in amorem iuuenis·q̄ ꝓijciens ſe in terrā ceͤpit clamare ad patrem· Miſerere michi pater· qꝛ torqueor ꝓpter talem puerū· iūge me illi· alioquī moriar· Ille vero multis pcibus & blandicijs nul laten? valuit reſiſtere· dedit eā puero· Qui poſt modicū tpus a quibuſdā deſignatus eſt eccleſiā nō intrare· neq3 ſacra ↄmunicare· & dixerūt iugi eius· Scis qꝛ vir tuus nō eſt xpian? ſed aliene fidei· Tūc illa dolore repleta proſtrauit ſe· & cepit vngulis ſe diſcerpere· & pectus tundere clamās Heu cur nata ſum· Ad quā vir eius accurrens nō eſſe verū qđ audierat ostendebat· Tunc illa in cōſolatione veniens ait· Si vis michi ſatiſfacere· cras eam? ſimul ad eccleſiā· & coram me pticipa ſacrū miſteriū· Tūc coactus dixit ei ſententiā capituli At illa cucurrit ad ſanctū baſiliū narrans ei geſtorū ordinē· Qui vocans puerū ſciſcitatus eſt ab eo ſi ita eſſet· Et ille cū lacrimis retulit oīa· Cui ſanctus· vis reuerti ad deū· Qui reſpōdit· volo· ſed nō valeo· qꝛ ſcripto abnegaui xp̄m· & ꝓfeſſus ſum dyabolo· Cui ſanctus· nō ſit tibi cure· benignus eſt deus· Et iterum· Credis ſaluari· Qui reſpondit· Credo dn̄e· adiuua incredulitatē meam· Tūc recludēs eū facto ſigno crucis in eo collabo rabat ei p tres dies· Poſt quos viſitauit eū dicēs Quomodo habes fili· Qui ait· ſancte dei nō fero clamores demonū & terrorē & lapidationes tenē tium manu ſcripta mea· & dicentiū· Tu veniſti ad nos· nō nos ad te· Cui ſanct? noli timē· ī deū crede· & dans ei modicā eſcā cū ſigno crucis xp̄i reclufit eū· Et poſt paucos dies viſitans ait· Quomodo habes· qui reſpondit· a longe clamores eorū audio & minas· ſed nō video eos· Et iterū dās ei eſcam· & recludens abijt· xl· die reuerſus ait· Quomō habes frater· Qui reſpōdit· bene ſancte dei· vidi eīm te hodie in viſu pugnantē ꝓ me· & vincentē dyabolū· Tūc vir ſanct? vocans omnē eccleſiā· monuit ut orarent ꝓ eo illa nocte· Apprehenſūq3 puerū ducebat in eccleſiā· Quē etiā dyabolus inuiſibiliter apprehendens· conabaꝰ rapere eū de manu eius· ita ut virum ſanctū ↄpelleret trahens puerū· Cui ait· iniudicas me o baſili· Ego eīm nō veni ad eū· ſꝫ ipe ad me· & ecce manuſcripta cartulā quā ego ad iudiciū fero· Audiebant etiā plurimi vocē eius clamante populo kyrieleyſon· Cui ſanct? Benedictus de? nō deflectet populus iſte man? ab altitudine celi· donec reddas manuſcriptā· Et orante diu populo manib? extēſis in celū· Ecce manuſcripta p aerem delata ab omnib? viſa venit· & in manib? baſilij poſita eſt Qui gratias agens ait puero· Cognoſcis has literas· Qui reſpondit· Etiā pater· de manu mea ſcripte ſūt· Et diſrūpens eas reddidit eū iugi ſue· dans ei regulā decentē· ¶ LXXX· ¶ De pſbitero anaſtaſio et ei? lepſo quos baſili? viſitauit·

Sanctus quoq3 baſilius quadā die ſplendore diuino illuſtratus· exiuit de ciuitate ſua· dicēs quibuſdā ex diſcipulis ſuis filij· ſequimini me· ut videatis mecū gloriā dei· & admiremur de diſcipulis maiſtrū· Cognouit & hoc virtute ſpūſſancti pſbiter anaſtaſius· Qui habebat vxorē· xl· annis· ſecū in virginitate cohabitantē· & ipe quotidie in pane & aqua ieiunabat pter ſabbatū & diē dominicā· Dixitq3 mulieri ſorori ſue viſū· Ego vado agricolari· Tu ſurge & orna domū· & circa horā nonā thuribulū & cereos accipiens· vade obuiā ſancto baſilio archiepiſcopo· Venit eīm diuertere in domū peccatorū· Qđ cū illa cū veneratione & timore feciſſet· Sanctus pater data ei benedictōe ait· Quomō habeſ dn̄a theogenia· Que expauens in vocatione nōis ſui dixit· bene ſancte dei· Qui ait· vbi eſt dn̄s anaſtaſius frater tuus· Que reſpondit· dn̄e vir me? eſt· & abijt agricolari· Qui dixit· in domo tua eſt· Expauens mulier his verbis & ſtupefacta· cecidit in terrā clamans· Sancte dei ora ꝓ me peccatrice· qꝛ magnas & admirabiles in te video cauſas· Qui faciens ſup eā orationē coram omib? ait Extende pannū inter brachia tua· & cū extendiſſꝫ eū iuſſit effundi carbones de thuribulo in pannū· & ſupponens incenſum ambulabat pcedens eos· Venientib? ergo in domū preſbiteri· obuiauit & ipe· & oſculatus ſancti pedes ait· Vnde michi ut veniat ſanctus dei ad me· Cūq3 abijſſent in eccleſiam· iuſſu archiepī pſbiter ad ſanctū miſteriū ſtetit· & dū miniſtraret· vidit ſanctus baſili? & quidam de dignis tpe exaltatōis corporis dn̄ici· ſpiritūſanctū deſcendentē in ſpecie ignis· & circūdantē pſbiterum & altare· Cūq3 ↄmunicaſſent & ad domū rediſſent· accipientib? illis eſcam· dixit ei ſanctus baſili? Enarra michi vnde tibi theſaurus iſte· & que eſt vita tua· Qui reſpondit· Ego peccator ſum ſubditus tributis publicis habens iuga boū duo· vnū ad miniſtratōeꝫ peregrinorū· alterū ad miſtrationeꝫ vectigaliū· & eſt coancilla mea mulier iſta· que miſtrat pauperib? & michi· Dixit ei ſanctus· voca eam ſororē tuā ſicut & eſt· & enarra michi virtutes tuas· Qui ait· Nō habeo quicꝗ boni· & alien? ſum ab omni virtute· Tūc duxit eū ſanctus ad vnā e cellulis dom? & dixit ei· Aperi michi hoſtiū· Qui cum nollet aperire· dicens eſſe neceſſariū domus· Sanct? aperuit illud ſermone· & introiens inuenit ibi leproſū· plurib? corporis mēbris defluxū· Dixitq3 pſbitero· Cur voluiſti occultare theſaurū tuū illū· Qui reſpondit· vere furioſus eſt & iniurioſus· Ideoq3 timui ne forte laberer in ſermonē· Cui ille· bene in illū certaſti· ſed ſine me nocte hac miniſtrare ei· ut & ego mercedem recipiā· Tūc reliquerūt ſanctū dei in cellula cum leproſo· clauſerūtq3 hoſtiū· At ille tota nocte faciens ſup eū orationē ſanauit eū· & ducēs eū reuerſus eſt in ciuitatē· ¶ LXXXI·

¶ De ſcriptis ſancti baſilij & regula eius·

¶ Hieronim? de illuſtribus viris·

